Q. D. B. V

DISSERTATIO JVRIDICA DE VINCVLO FAMILIAE,

SIVE

Von denen Verbindlichkeiten zwischen Anverwandten,

QVAM

PRAESIDE

DN. NIC. CHRISTOPHORO LYNCKERO,

Hereditario in Fluhrstät & Kötschau,

JCto FAMIGERATISSIMO SERENISSIMO DVCIS SAXO VINARIENSIS CONSILIARIO INTIMO, FACVLTATIS JVRIDICAE SENIORE ET ANTECESSORE INCLYTO, CVRIAE ITEM PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE GRAVISSIMO,

IN AVDITORIO JCTORVM

AD D. SEPTEMBRIS M. DC. XCI.

PVBLICE DEFENDIT

CHRISTIAN FRIEDERICH Beerbalck,

SANDERSLEBIA ANHALTINVS.



VITEBERGAE

RECVSA IN OFFICINA HAKIANA

MDCCXLIX.



CAP. I.

De

Vinculo familiæ in genere.

§. I.



Familiæ Vinculum, quousque ſuo ambitu id porrigitur, pro modo temporis & ingenii exhibiturus, non abs re fore puto, ſi naturam & indolem familæ paulo plenius explicavero.

§. II.

Dicitur autem familia Ariſtoteli *lib. 1. de Republ.* prima hominum ſocietas, quaſi in diem & quotidiani uſus cauſa conſtituta: in qua, qui degebant, non cives, ſed convictores & contubernales dici poterant, ut Charondas & Epimenides ſcribunt. Atque in hac familia nulli alii erant, quam vir & uxor atque ex his procreati liberi. Servorum enim nulla ipſis adjumenta, poſtea ſocium laboris bovem adſciverunt, cujus opera ad arandos agros uterentur. Hinc Heſiodus ita canit:

Sit domus imprimis uxorque & taurus arator.

vid. Commentar Connan. *l. 1. c. 4. n. 4.*

§. III.

Verum hæc conſideratio Familiæ politica eſt; nos juridicam hic æſtimabimus potiſſimum & jura de illa conſtituta. Refertur autem appellatio Familiæ, ſenſu juridico acceptæ, in-

 ter.

terdum ad res, interdum ad perſonas. *l. 195. ff. d. V. S. ubi Dd.* Ad res relata pro hæreditate & ſubſtantia bonorum ponitur, *l. ult. in f. C. d. V. S.* & in illo L. XII. Tabb. *Proximus agnatus, familiam habeto.* Eodem ſenſu etiam familiæ herciſcundæ actio accipienda eſt, quæ heredibus de dividenda hæreditate competit. *t. t. ff. & C. famil. hercisc.* Et ſane fallunt, qui cum Cujacio diſcrimen inter familiam & hæreditatem agnoſcunt, quaſi illa hac latius pateat. Nam *l. 3. C. fam. hercisc.* aliud docet, ubi actio hæc dicitur dividendæ hæreditatis. Pari fundamento nituntur, qui quaſi contractum, ex quo hæc actio naſcitur, male communionem hæreditatis dici contendunt, cum familia communio appellari debeat. Æque late enim patet familiæ & hereditatis vocabulum. *vid. Lauterb. Colleg. π. tit. famil. hercisc. §. 1.*

§. IV.

Quatenus ad perſonas refertur, ſtatum perſonarum concernit, & vel ſecundum jus Gentium conſideratur, vel ſecundum jus Civile. Secundum jus Gentium corpus plurium perſonarum ſignificat, quod etiam cognatos complectitur, jure civili a familia excluſos. *arg. l. 195. §. 4. d. V. S.* Non obſt. *l. f. C. eod.* ubi Juſtinianus vocem *familiæ* etiam ad cognatos cæterosque propinquos extendit. Nam hoc ideo fieri dicit *Alciatus ad l. 195. §. 4. d. V. S.* quod Juſtinianus agnatis cognatos in ſucceſſione fecerit æquales. *Sand. p. 3. de probib. rer. alien. c. 6 n. 10. Forster. Tr. d. ſucceſſ. ab int. lib. 3. c. 25. n. 10* Hinc & illa quæſtio decidenda: Num appellatione familiæ etiam fœminæ intelligantur? quod affirmatur. *l. f. C. de V. S.* ubi reſpexiſſe Juſtinianus videtur jus gentium. Hinc privilegium conceſſum familiæ fœminas etiam nuptas, niſi ſtatutum obſtet, comprehendit, authore *Rebuff. in l. 195. §. 5. ff. d. V. S.* Plane ſi de conſervanda familia agatur, nomine familiæ fœminas contineri haud dixerim, cum ſint familiæ finis. *d. l. 195. f. de V. S. l. 4. C. de fideic.* Hinc ſi quis in relinquendo fidei commiſſo conſervandæ familiæ ſtuduiſſe cognoſcetur, fideicommiſſum illud ad fœminas non pertinet. *Menoch. l. 4. Præſ. 88. n. 5. Sande d. c. 6. n. 12. & ſeqq.*

§. V. Se-

§. V.

Secundum jus civile nomen familiæ, vel ad unam domum refertur, vel ad plures. Hoc casu notandum est discrimen inter stirpem & Gentem. Illam faciunt unius stirpis plures agnati; hanc vero plures stirpes, ut Romæ gens Cornelia pluribus lineis absolvebatur. *l. 195. §. 4. d V.S.* Unde volunt, si testator vocet stirpem, vel statuat bona debere conservari in stirpe, quod hoc solum pertineat ad descendentes, non vero ad collaterales, cum stirps proprie dicatur incipere ab ipsomet testatore patre. *v. l. si quis in suo. C. d. inoff. testam. Paris. l. 3. Cons. 87. n. 24.* qui & *cons. 35.* late explicat, num & fœminæ stirpis appellatione contineantur. Quod si vero vocet lineam, vel dicat bona debere conservari inter eos, qui sunt de linea, interesse volunt, utrum de linea locutus sit effective, an contentive: ita ut intelligatur illo casu solum comprehendisse descendentes suos: hoc vero & semet ipsum, & suos descendentes & horum descendentes, imo & omnes transversales. *Cravett. Cons. 656. Menoch. d. c. 88. n. 11.*

§. VI.

Sin ad unam domum familia referatur, fit hoc vel adæquate vel inadæquate. Isto casu cum sensu politico coincidit, saltim quod respectus juris hic præponderet. *l. 195. §. 3. de V. S.* circa quod tria expedienda sunt (*I*) an liberi etiam pars familiæ sint? ubi distinguunt inter perfectitudinem familiæ seu integritatem ratione partium, & inter ipsius constitutionem: & ad illam quidem liberos requirunt, non ad hanc. *Justr. Dn. Præses in Not. ad Huber. d. jur. Civit. lib. 2. c. 1. §. 3.* Paulo aliter *Arnis. lib. 1. Pol. c 2. Lipenthal Coll. pol. Ex. 2. th. 10.* (*II*) Num appellatione familiæ etiam liberi emancipati contineantur? *Aff. l. 69. § 4. ff. d. leg. 2. l. f. C. de V. S. Alciat. ad d. l. 69. & l. 195. d. V. S. n. 22.* Emancipatione enim desinit esse agnatus, non etiam esse de familia. *v. Gloss. ad c. l. 69. §. f.* (*III*) An nomen familiæ ad illegitimos quoque liberos pertineat? Negatur, *arg. l. 195. §. 4. ff. d. V. S.* quod in spuriis expeditum esse asserit. *Alc. d. l. n. 16.* in naturalibus autem temperat quoad odiosa non & favorabilia, *ob l f. C. d. V. S.* a quo videtur dissentire *Wissenb. ad tit. d. V. S. D. 39. th. 1. §. 6. in f.*

§. VII.

Inadæquate familia pro servis sumitur *in l. 1. ff si famil. furt. fec. §. un. J. de L. Fus. Can. toll. l. 195. §. 5. d. V. S.* quod cur fiat, investigat *Wissenb. c. l. §. 7.* ubi ait: *Hoc ab Oscis originem ducit, apud quos servus nominabatur famel. unde famulus dictus, indeque familia vocata auctore Festo. add. Habn. ad W. d. bis qui sui vel al.* Cæterum quod servi familiam faciant, expeditum non est ob leges in speciem pugnantes. Nam Ulpianus *in l. 40. §. 3. d. V. S.* unicus servus, *ait*, familiæ appellatione non continetur. Nec duo quidem familiam faciunt. Cujus ratio est: quod familia sit nomen collectivum, quo corpus quoddam vel grex quidam servorum demonstratur. *v. l. 195. §. 3. d. V. S.* Sed idem tamen rursus *in l. 1. §. 17. ff. d. vi & vi arm.* attestatur: etiamsi usus servus vi dejiceret, familiam videri dejecisse. Verum ego quidem sic habendum puto: Tres servos facere familiam, sicut tres alias constituunt collegium: *v. Alc. ad c. l. 40. n. 3.* unde nec duos sufficere, id vero, quod *in l. 1. de vi & vi arm.* habetur, non vi verborum, sed ex interpretatione ita obtinuisse, uti *Alc. c. l.* observat. Quid vero in Edicto de Publicanis familia denotet, edocet *l. 195. ff. d. V. S.*

§. IIX.

Nos seposito conceptu familiæ objectivo, familiam & ejus vinculum, prout ad personas tam secundum Jus Gentium quam secundum Jus civile refertur, consideraturi sumus. Describimus ergò *Vinculum familiæ, nexum moralem, quo personæ in familia constitutæ ad effectum certorum Jurium invicem colligantur.* Definitum est vinculum familiæ: ita enim expresse nuncupatur *in l. 88. ff. de A. vel O. H.* quod nexum appellavimus *ob l. 6. §. 3. C. d. bon. quæ lib. §. 4 J. q. m. P. P. f. l. 4. C. d. pact. conv. l. f. §. 2. C. d. codicill. l. pen. pr. C. d. adopt.* & quia in jure consistit, ac ob id ens morale, inde moralem vocavimus.

§. IX.

Exerit verò semet hoc vinculum sub certis juribus tum quoad Virum & Uxorem, tum quoad Parentes & Liberos reliquosque cognatos: Tum denique quoad Dominum & servum famulosque quos nunc habemus. Igitur singula qualia sint, sigillatim ordi-

ordine dispiciendum foret. Ast quia nunc quidem iniquis spatiis excludimur, ideo singula exequi non licet, nec res unius disputatiunculæ esse videtur. Propositum ergo resedit, impræsentiarum solum hoc vinculum, prout inter liberos & Parentes habet, quantum ratio temporis feret, expendere. Quamvis enim ordine naturæ a vinculo familiæ, in quantum inter virum & uxorem stabilitur, inchoandum esset; tamen libera nun utamur methodo, & de Vinculo familiæ inter Parentes & liberos contracto ita explicabimus, ut illud sistamus secundum Jvs personarvm rervm et actionvm; idem facturi quoad reliqua, si DEVS vitam & occasionem commodam largietur. Sit ergo

Cap. II.

De

Vinculo familiæ inter Parentes & Liberos, quoad jus personarum.

§. I.

Juris personarum, inter parentes & liberos constituti, causam productivam solam esse generationem, *pr. J. d. P. P.* & justas nuptias causam sine qua non statui, §. *12. J. d. Nupt.* ex iis potissimum, quæ inferius paulo de alimentis & nuptiis tradentur, lectori fiet conspicuum. Etsi enim cuilibet homini inditum sit a Deo sui conservandi studium, seque ab interitu vindicandi, *pr. J. d. J. N. G. C.* eaque conservatio ac vindicatio sui propter lapsum Protoplastorum in individuo fieri non possit, sed in specie, mediante sobole fieri debeat. *Eichel de jure quo nat. Par. & lib. sib. sunt obstrict. p. 1. th. 16 & 18.* Attamen, ne, dum prætendunt homines sui conservandi studium, inveniatur via, per quam in libidinem promiscue ruant, magistratus deinde constitutionibus suis prospexerunt, ut nemini liceat sive cum sive sine intentione sobolis procreandæ extra matrimonium concumbere, *Dn. Struv. S. J. C. Ex. 49. th. 24.* &, si ex prohibite

hibito concubitu procreati sint liberi, illi jura legitimorum habere non debeant; sed jusserunt inire matrimonium eos, qui votum illud habent, liberosque in de procreare & ex eorum prole diuturnitatis memoriam in omne ævum sibi relinquere, *l. 220. §. 3. ff. d. V. S. l. 1. §. 8. ff. d. vent. inspic.* alioquin si quis contra fecerit, pœnæ delicto statutæ subjiciatur. *§. 12. J. d. Nupt.*

§. II.

Non per nuptias ab initio veras duntaxat, liberi jura familiæ consequuntur, sed & per tales ex post facto & imo fictas: Nam quod nuptias ex post facto veras, quas nos legitimationem nuncupamus, attinet, celebrantur illæ per subsequens matrimonium concubinarii cum illa muliere, ex qua liberos susceperat. *l. 5. l. 6. l. 10. l. 11. C. d. Nat. lib. Nov. 74. c. 4. N. 99. c. 8.* His junguntur species aliæ, una per rescriptum Principis, quando pater, aut post ejus obitum ipsimet liberi naturales, & hodie spurii, Principi supplicant, ut nullis legitimis liberis existentibus eos legitimare dignetur, qui per subsequens parentum matrimonium non potuere legitimari. *Auth. præterea. C. d. Nat. lib. Nov. 89. c. 9. Schweder. in introduct. in Jus Publ. part. spec. sect. 1. c. 16. §. 10. & seqq.* altera per oblationem curiæ, quando Parentes liberos masculos naturales Decurionum collegio aggregabant, filias vero decurionibus matrimonio collocabant, cum quibus alias nemo consociari cupiebat, propter onera, quæ subire tenebantur. *l. 3. C. d. nat. lib.* Sed hisce modis legitimati invicem omnino differunt, quemadmodum illi cum legitimis per omnia sunt exæquati, *§. 13. J. de Nupt. §. 2. J. d. hered. quæ ab int. def. Nov. 12. c. 4.* quia parentes finguntur ante ipsorum nativitatem nuptias contraxisse. *Gudelin. de Jur. Nov. lib. 1. c. 15.* At isti in allodialibus jura legitimorum tantum habent, non & in feudalibus; *2. f. 26. §. naturales* nisi ad successionem feudalem in specie sint legitimati, aut ab ipso Domino feudi, aut saltim ipse legitimationi consenserit. *D. Stryk. Ex. Jur. F. C. 15. q. 38.* Curiæ quoque oblati suis omnino erant æquales. *§. 2. J. de hered. quæ ab intest. def.* sed hodie in desvetudinem penitus abierunt. Per adoptionem etiam non minus ac per nuptias Jura familiæ nobis tribuuntur, quemadmodum *ex pr. J. d.*

adopt.

adopt. patet, quod in patriam potestatem redigantur, non tantum ipse, sed & quos habet, liberi. *§. 11. J. eod.* & quod ipse condidit testamentum, per illam capitis diminutionem fiat irritum, *§. 4. J. quib. mod. testam. inf.* liberique adoptati jus succedendi habeant ab intestato. *§. 2. J. & adopt. §. 2. J. d. her. q. ab int. def. §. 14. J. eod.* Verum de his impræsentiarum, brevitatis studio, prolixior non ero; sed revertar ad nuptias veras circa quas una vel altera expedienda quæstio, generationem & procreationem sobolis concernens.

§. III.

De Generatione & Procreatione Sobolis, prout Philosophicæ considerationis est, jam non erimus soliciti, quippe quam ego jam tum ante aliquod tempus, *præeunte viro Nobilissimo & Experientissimo, Dn. Conr. Phil. Limmero, Medic. Doct. Ejusdemque in Illustri Gymnasio Patrio Prof. Pub.* publica Disputatione *de Partu legitimo* exhibui. Inde & ex JCtorum celebriorum scriptis mihi sufficiat repetiisse, non tantum septimestrem, octimestrem, sed & semestrem & undecimestrem, partum, cæteris paribus, esse perfectos, utut de octimestris partus vitalitate nonnulli perperam dubitent. *Conf. Dn. Schilter. in Manuduct. Phil. Mor. ad ver. Jurpr. c. 4. §. ult. & Habn. ad Wes. d. Stat. hom. n. 3. p. 1. p. m. 69.* Et quidem undecimestrem esse quoque legitimum JCti & Medici unanimiter docent, neque tamen simpliciter, sed si a morte mariti, vitam cum repentina vel violenta morte commutantis, initium computationis fiat. *And. Rauchb. p. 2. q. 24. n. 49.* Nam si diu morbo correptus fuerit, a tempore conceptionis fiet computationis initium: cum, qui debilato corpore est & cum morbo colluctatur, non præsumatur de concubitu cogitare. Quin imo ubi viduæ conditio est honestior, quam ut in eam cadere possit partus supponendi suspicio, non solius undecimi sed & duodecimi mensis spectari initium, post *Arumaeum Ex. I. q. 29* egregie docet *Illustris Dn. Præs. in anal. ad S. J. C. Struvii Ex. 3. th. 4.*

§. IV.

Quare, ne in re manifesta plus æquo moremur, circa septimestrem partum hanc expedire placet quæstionem, si se-

nex puellam ducat, eaque ſeptimo menſe pariat, partus ille ex ſene præſumatur conceptus, an vero adulterinus? Et quia de jure civili delictum non præſumitur, ſeneſque matrimonium inire non prohibentur; *l. 27. C. de nupt.* ſed matrimonio ipſorum fine primario beantur, quanquam extraordinarie non nunquam obtineatur & vel medicamentis procuretur, *Dn. Simon. d. impot. Conj. c. 7. th. 2. n. 8. Dn. Thomaſius in annot. theor. pract. ad Strauch. Diſſ. 2. th. 9.* eam affirmare non dubito, Medicorum ſuffultus atteſtatis, *arg. l. 12. ff. d. ſtat. hom.* volentium, viros ad annum LX. & LXX imo ulterius generandi facultate pollere, unumque altero citius ipſa deſtitui: *Magnific. Dn. Wedel in Phyſiolog. Reform. c. 16. p. 560. n. 1.* tum Experientia, quæ proſtare hinc inde exempla ſatis ſuperque probat eorum, qui in ætate extrema puellas ſibi copularunt & liberos genuerunt feliciter. Sic, præter ea quæ ex ſacro Codice ſcimus, ejus Decrepiti exemplum non ignorum eſt, qui *teſte B. Cz. q. 144. num. 23. & in tr. d. Jure Fœmin. Sing. Dec. 1. p. 1.* propter adulterii crimen cum ancilla, anno ætatis LXXXVII. ſepties perpetratum capitis pœnam meruiſſe judicatus eſt. Imo novi aliquem, qui, in Patria mea, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo tertio puellam ducebat, eaque ſeptimo menſe ipſi pariebat filium vivum & perfectum. Quem filium ipſe agnoſcebat, & cum uxor adulterii poſtularetur, jurato aſſeverabat filium ſuum eſſe, neque ſe uxorem adulterii ſuſpectam habere, qua ſenis illius declaratione etiam mota eſt *Inclyta Facultas Juridica in celeberrima hac Salana, ut abſolvere non dubitaverit adulterii poſtulatam, ob id requiſita, Anno 1682. Menſe Novembri,* uti videre licet ex rationibus tum ſimul communicatis: Weil auch (2) der Inquiſitin Ehemann *fol. Act. 68. ad art. 7. & ſeqq.* eydlich erhalten, daß er ſie vor eine Jungfer erfunden, keine Untreu von ihr verſpühret, und das Kind vor ſein Kind agnoſciret. Uber dieſes auch aus denen Rechten bekant, daß ein Kind, wann es nur im Anfang des ſiebenden Monats, als binnen 182. gebohren wird, pro legitimo zu halten, *quod procedit tam inter Juniores, quam ſenes Dn. Richter. Dec. 89. n. 3.* So mag mit einiger inquiſition ferner nicht verfahren werden.

§. V.

§. V.

A præmiſſa theſi maximam partem quoque pendet illius quæſtionis deciſio: An Parocho liceat conjuges, qui ſeptimo menſe infantem edunt, interrogare de concubitu, ante Benedictionem ſacerdotalem exercito, & deſiderare, ut eo nomine eccleſiæ aliquid ſolvant, quo ſcandalum, quod eccleſiæ intempeſtiva amoris conjugalis anticipatione datum eſſe putat, rurſus expietur? Cum enim nulla Parochis competat in delicta Parochianorum inquirendi facultas, *l.17.C.d. Epiſc. & Cler.* utpote quorum cognitio ſolius fori ſecularis eſt, & ejusmodi infantes ex unanimi JCtorum & Medicorum ſententia habeantur pro legitimis, *Cz. p.4. c.27. d.13. & 14. Richt. Dec.89.* ac juribus legitimorum potiantur. *l.3. §.f. ff. de ſuis & leg. Habn ad W.d. Stat. bom. n.3.* Hinc rectius eſt illorum judicium, qui quæſtionem propoſitam negant, quia hinc inde cautum reperimus, ut ſi quis tales infantes, ubi adoleverunt & alicujus honeſti opificii addiſcendi cupiditate tenentur, excludere auſus ſit, pœna arbitraria coerceri debeat: propterea quod ne quidem illis honeſtorum Collegiorum portæ occludantur, qui ex præcoci ſponſorum concubitu notorie brevi poſt nuptias tempore ſunt geniti, ſiquidem in omnibus quæſtionibus, ubi de legitimitate partus dubitatur, tempus nativitatis potius quam conceptionis ſpectare ſolemus, ex monito *Juſtiniani in l.11. C. d. nat. lib.* niſi ipſorummet utilitas aliud poſtulare videatur. *Dn. Schilter. Ex.3. ad ff th.12. Dn. Beier Tract. de Tyr. Opif. n.196* Et ſane foremus iniquiſſimi, ſi Parentibus & liberis illud imputaremus, quod ipſi medici etiam præter expectationem & ſæpe fato accidere poſſe ſtatuunt, *Brunnem. ad l.12. ff.d. ſtat. hom. n. ult.* natura enim etſi in partu humano ſua tempora, quando ſibi relinquuntur, habeat definita; attamen contingere poteſt, ut infans ante conſvetum tempus naſcatur, ſi forte violentiam aliquam intrinſecus vel extrinſecus perpeſſus ſit, ex loci anguſtia, aut alimenti defectu orientem; videlicet ſi mater poſt conceptionem ſatis robuſta & ſana fœtui laudabile alimentum aliquandiu ſuppeditaverit, illique egregium incrementum attulerit, poſtmodum vero in morbum incidat, ex quo fætui do-

lores causentur, prout latius deductum est *in allegata paulo ante dissertatione Philosophica de partu legitimo, & sententia, quam Dnni JCti Academiæ Erffurtensis, ad requisitionem* Christian Hofmanns zu Eysenach, *conceperunt mense Augusto Anno 1690.* P. P. Alß ihr uns schriftlich berichtet, welcher gestalt Cajus, ein Rechts-Verständiger, zu Leipzig eine Zeitlang sich aufgehalten, und daselbst affection auf eines ehrlichen Mannes Tochter, welcher dieselbe wohl und Christlich auferzogen, sie auch alle Wege wohl und erbahr, züchtig und Keusch, wie weniger nicht nach absterben ihrer Mutter im Haußwesen bey ihrem Vater fleißig und unverdrossen sich erwiesen, geworffen, nachdem Er aber von dort nach Weissenfels, in praxi juris sich zu üben, gereiset, und daselbst bey einem Practico verblieben, von dar er an seines itzigen Eheweibes Vater geschrieben, und umb die Tochter ansuchung gethan, welcher ihn zu sich beschieden, und wenig Tage nach seiner Hinkunfft, beyseyns seiner zweyen gelehrten Söhne, die Tochter am 12. Septembr. 1689. Jahres ehlich versprochen, darauf sie, die Verlobte, an folgendem 30. ejusdem Mensis gebräuchlicher massen durch Priesterliche Copulation eingesegnet worden. Ob nun wohl damahls an der Braut, die an sich sonst geschmeiden und hagern Leibes, nichts verspühret, so hat man doch nach dem einen Ehesegen, und zwar bey angehendem sechsten Monath, an ihr gemercket, jedoch einer zeitigen Gebuhrt sich nicht versehen, daß daher Cajus schlüßig worden, mit ihr in sein patriam zu reisen, die Verwante daselbst zu besuchen, und zugleich seiner Güter halber eine Verordnung zu stellen, auch unterweges des Zustandes der Universität Wittenberg, aus gewissen Uhrsachen, sich beyfällig zu erkundigen. Es ist aber bey dieser Reise die Liebste durch ungewohntes schütteln der Post-Kutsche, und wegen schweren Leibes, unpäßlich worden, daß sie weiter nicht reisen können, sondern in Wittenberg eine Zeit, in Hoffnung Besserung zu erlangen, subsistiren müssen. Es hat aber die Kranckheit mehr zugenommen, und die Gebuhrt durch vorgemeltes ungewohntes Schlagen des Kutschwagens über vermuthen befördert, daß sie den 19. Martii

Martii, als nach 6. Monathen und 3. Tage, den Monath zu 28. Tagen zu rechnen, mit grosser Lebens-Gefahr eines Söhnleins genesen, und beydes Mutter und Söhnlein in nicht geringe Schwachheit gerathen, daß man ihres Lebens nicht wohl versichert gewesen, und daher das Kind zu Hause getaufft werden müssen. **Nach diesem hat der Beicht-Vater das Kind** pro legitimo **nicht halten wollen, und begehret sich deswegen mit der Kirchen abzufinden und straffbar zu seyn, worzu** Cajus **und sein Weib sich nicht verbunden achten, dahero ob solches Ansinnen mit Bestande Rechtens geschehen möge, Ihr unsere Meynung euch zu eröffnen gebethen.** Solchen nach erachten wir, nach Collegialiter gepflogener deliberation, und allen erwogenen Umbständen nach, vor Recht. Ob wohl regulariter 30. Tage auf einen ieden Monath gerechnet werden, und unterschiedliche Rechts-Lehrer erfordern, daß nach der Priesterlichen Copulation und ehelichen Trauung, 182. Tage verflossen seyn sollen, ita ut pro maturo & legitimo partu habeatur, qui septimo demum mense est editus, wie solches auch *ex l. 12. ff. d. stat. hom.* zu sehen und abzunehmen. Dennoch aber und dieweil etliche fürnehme Rechts-Lehrer 4. Wochen und also nur 28. Tage vor einen Monath rechnen, und dafür halten, quod etiam partus sexto saltem mense a die nuptiarum editus sit maturus & legitimus, und ein solches Kind an seinen Ehren nicht möge gescholten, noch als wenn es aus zu frühzeitigem Beyschlaff erzeuget, gehalten werden, auch der Mann zum Vater sich allhier bekennet, darneben dasselbe nach Ablauff 6. Monath und 3. Tage, und also im Anfang des Siebenden Monats zur Welt kommen, welcher terminus dann auch pro justo *in d. l. 12.* ausgesetzet, und solches Kind pro partu legitimo zu achten ist. *l. 3. §. f. d. suis & leg. her.* zugeschweigen daß auch des Caji Eheweibes Gebuhrts-Zeit frühzeitiger, denn sonst vielleicht geschehen wäre, von dem starcken Schütteln der Post-Kutschen, und darob entstandenen Schwachheit, welche auch nach der Gebuhrt bey der Mutter angehalten, und bey dem Kinde verspühret worden, daß es im Hause

hat müssen getauffet werden, sich hat begeben können. Facile causæ intervenire possunt, cur partus ante consvetum tempus extrudatur, nec in potestate nostra est, ad amussim pariendi legem custodire, minusve imputandum partui ac parentibus, quod fataliter accidit. *arg. l. 135. ff. d. V. S. Mynsing. cent. 6. Obs. 4. n. 10.* Nachdem sich dann des Caji Weib in ihrem ledigen Stande aller Erbarkeit und Zucht beflissen, und kein wiedriger Verdacht obhanden, Cajus auch einiges Mistrauen in sein Eheweib nicht stellet, ohne das nicht so rigorose in tempus conceptionis, quando partus in dubio pro legitimo haberi potest, zu inquiriren, *teste Cz. Jurispr. Consist. lib. 2. d. 227. n. 5.* sondern vielmehr pro innocentia novorum conjugum, und also in mitiorem partem, zu præsumiren ex doctrina *Bart. in L. filium. ff. de his qui sunt sui vel. al. jur. n. 1.* **So halten wir dafür, daß gestalten Dingen nach des** Caji **und seines Weibes Kind** pro legitimo partu **zu halten, und mit fernerm nachtheiligen Vorwurff nicht zu belegen, sondern vielmehr gedachter** Cajus **und sein Eheweib mit ihres Beicht-Vaters Ansinnen zu verschonen seyen.** Alles V. R. W. Ex qua sententia etiam liquet, menses non secundum calendaria & 30. dies in menses singulos computandos esse, quemadmodum multi JCtorum ex generalitate *l. 12. ff. d. stat. hom. & l. 3. §. f. d. suis & legit.* voluerunt, *per l. 101. ff d. R. J. Rauchbar p. 2. q. 24.* Sed secundum *l. 98. d. V. S.* quæ mensis appellatione 28. dies venire dicit, eamque computationem, quia benignior & partui favorabilior, in dubio merito recipimus, propter perpetuam Juris regulam *l. 9. l. 192. §. 1. l. 36. ff. d. R. J.* De cujus recepto & observato usu *Richter v. 2. Cons. 46. & Illustr. Dn. Præs. in Anal. ad S. J. C. Struvii Ex. 3. th. 4.* & quod liberi 175. dierum i. e. 24. septimanarum habiti sint legitimi, attestantur ac favorem partus usque adeo extendunt, ut statuere non dubitent, nequidem integros septem menses requiri, sed sufficere, si saltim primi mensis a plenilunio inchoetur computatio. Quod si autem Parochus ea de causa sententiæ suæ obstinate inhæreat, & tergiversetur infanti Baptismum impertiri, ejusve paren-

parentes ab usu sacræ Cœnæ excludere audeat, propter maximum periculum, quod ejusmodi infanti ἀβαπτίςῳ imminet, causa ad Consistorium delata, severa correctione puniendus est, atque ita *Dni JCti Jenenses M. Nov. 1682. in causa* Heinrich Jungens und Catharinen Kuchin, zu Drohndorff, *pronunciaverunt:* Und erscheinen sonst aus denen Acten, daß der Pastor loci, mit seinem unzeitigen Eyfer nicht geringe Ursach zu dieser erhobenen inquisition gegeben, worneben auch gantz unverantwortlich, daß er das Kind viel Tage ungetaufft liegen lassen, welches ihm zuthun nicht gebühret, und er deswegen von seiner Geistlichen Obrigkeit einen ernstlichen Verweis wohl verdienet hat.

§. VI.

De Judicum hac in re excessu prolixius agere ab initio quidem supervacuum duxi dum credidi, illos de legitimitate partus dubitare non posse, qui juris peritiam profitentur, & jus ad facta civium applicare debent. Ast postquam contra ac credidi, evenire & quosdam extitisse vidi, qui Juramentum purgatorium conjugibus imponere conati sunt, haud ingratum est, in justitiam hujus ipsorum conatus paulo penitius inquirere. Etenim ut, quod res est, loquar, videntur illi Juri & æquitati quam maxime repugnare, qui de corpore delicti parum sunt soliciti; (de quo tamen in omni inquisitione legitime formanda, *Job. Sal. Faust. tract. posth. de Crim. c. 17. p. m. 191.* & in delictis quidem facti transeuntis, quale est scortatio ante matrimonium perpetrata, ex indiciis certis & indubitatis, constare debet. *Dn. Struv. Jpr. F. Lib. 4. T. 21. a. 8.*) qui, *inquam*, etiamsi de hoc non constet, ad juramentum purgatorium improvide festinant, cum tamen illud ei tantum, qui indiciis gravatus est, deferri queat a Judice; *c. 36. in f. X. de Jurejur.* neutiquam vero illis, quos tuetur præsumtio delicti exclusiva, ex tali facto oriens, de quo in bonam & malam partem præsumi potest, *l. 51. ff. pro soc. ibique Brunnemann.* & Præsumtio Juris & de Jure, *l. 5. ff. d. in jus voc.* ab Interpp. plenæ probationi adeo æquiparata, ut contrarii probatio difficulter, & non, nisi evidentia ac notorietas facti aliud suadeat, admittatur. *l. 6. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. Cz. p. 2.*

c. 2.

c. 2. d. 8. Sichard. ad l. 16. C. d. probat. n. 10. Atque hinc est, quod confessio concubitus præmaturi novos conjuges in tali casu non obliget; sive facta sit Parocho, quæ pro judiciali & obligatoria non habetur, *l. 36. ff. de Re Jud.* sive judici, qui fundatam intentionem, per superius adducta, non habet: præsertim cum & illi conjuges non sponte & absque metu, sed importunarum judicis & Parochi sollicitationum pertæsi, ac minis æterni cruciatus infernalis, ad confessionem inducantur. *Schnob. ad ff. D. 21. th. 11.* Accedit quod confessio facta contra jus & errore facti in jure reprobetur & ei non obsit, qui nescius, quid acciderit & partum acceleraverit, concubitum fatetur. Quæ omnia *Hahn. ad Wes. de stat. hom. n. 3.* in Responso Facultatis suæ prosequitur & usque adeo extendit, ut parentes, qui aliquid eo nomine promiserint, ex ea promissione non obligari statuat, cujus Responsi veritas, cum magis oculata fide, quam per aures hominum animis infigatur, ideo spero, fore neminem, qui mihi vitio vertere volet, quod illud huc transscripserim, ut possit, cuicunque placuerit, oculorum inspectione acuratam & perfectam exinde petere hujus quæstionis decisionem: PP. Hat sich N. N. am 22. Sontag nach Trinitatis 1631. seine Haußfrau öffentlich trauen lassen, und den 25. Maji hernacher (welcher ist der 202. Tag, nach beschehener ehelichen copulation gewesen, und von der Hochzeit an zurechnen in den 7. Monat, der mütterlichen Bürden, natürlichem Lauf nach,) eingefallen ein Töchterlein an diese Welt gebohren: **So kann solches Kind, als wann es aus zufrüzeitigem Beyschlaffen erzeuget, nicht geachtet, noch daher den Eltern einige Straffe beständig angemuthet werden.** Und ob sie schon, auf beschehenes starckes Zusetzen, der Obrigkeit sich gegen dieselbe aus Zwang oder auch unwissend, was sich mit der Gebuhrt gegen den gemeinen Lauf in gesatzter Zeit rechtmäßiger Weise begeben kann, zu verhoffentlicher Erlangung Ruhe und Friede, aus einem Irrthumb worzu erbotten, und anheischig gemacht, **So kann jedoch solches sie, bey sothaner Beschaffenheit, nirgends**

zu

zu verbinden, vielweniger mag dem Vater, daß er seine Haus-Frau für priesterl. Copulation fleischlich nicht erkannt, einig Juramentum purgationis beständig auferlegt werden. V.R.W. Interim si qualitas conjugum id permittat, ut suspectæ conversionis & cohabitationis argui possint, quin ad delationem juramenti purgatorii perveniatur, non dubito. *arg. l. 8. §. 4. C. d. quaest.*

§. VII.

Procreationi liberorum subjungit Imperator *in pr. J. d. J. N. G. & C.* educationem, circa quam parentum officium in alimentorum subministratione & institutione potissimum cernitur. Alimenta i. e. victum & amictum Parentes liberis quibuscunque subministrare debent, *l. 5. §. 2. d. al. lib. l. 8. §. 5. ff. de Bon. quae lib. l. 34. ff. de Neg. gest. l. un. C. d. Rei ux. act.* sive in potestate, sive extra eam, positis. Jus enim naturæ, quod parentes ad alendos liberos discrimen agnoscit: *l. 8. ff. d. R. J. §. 3. J. d. leg. Agnat. tut.* cum fieri nequeat, ut qui filius est, filius esse desinat, *§. 11. J. de hered. quae ab intest. def.* prout & factum generationis, quo se ipsos ad alimenta adstrinxisse videntur, utriusque & sui & emancipati filii commune est: dum ergo liberos hac mente generant, ut post se supersint, & in iis sui nominis memoria in ævum omne perennet, sane media, quibus finem illum obtinemus, odisse non poterunt, qui finem serio expotant. *Guil. Grot. d. princ. jur. nat. c. 10. a. 6. Lipsold. in monit. pol. legal. ad polit. Cellar. cap. 4. §. 16.* Siquidem non minus peccat, qui liberis denegatione alimentorum interitum accelerat, *l. 4 ff. d. agnosc. lib.* quam qui sibi, cum liberi sint parentum pars; *Eichel. d. Jur. quouat. par. & lib. p. 1. th. 27. Brunnem. ad l. 5. ff. d. agnosc. lib. Perez. in C. eod. n. 6.* modo certum sit, liberos ex hoc vel illo esse genitos: alias si constet, infantem ex alio conceptum esse, forte quod maritus per decennium abfuerit, & domum reversus invenerit anniculum, aut manifesta corporis infirmitate & adversa valetudine ita impeditus sit, ut ad conjugale opus præstandum fuerit ineptus; *l. filium ff. d. his sunt sui vel al. jur. l. 1. §. 14. ff. d. al. lib.* aut impraegnata ipsamet confiteatur, se ab alio

C ante,

ante, quam cum inculpato consvevit, impraegnatam esse, aut ille copulam carnalem quidem confiteatur, sed in tempore concubitus variet, ad alimenta non obligabitur. *Illustr. Dn. Praeses in Anal. ad Dess. lib. 5. T. 16. q. 8.* Cujus assertioni placet adjungere sententiam, *quam Anno 1679. d. 4. Julii, in causa Hieronymi* Kochs und Catharinen Helds zu Fregleben, *tulit Inclytum Consiliariorum collegium Anhaltino Dessaviense:* Zu wissen, demnach Hieronymus Koch zu Fregleben mit Catharinen Helds, so bey seiner Mutter gedienet, zugehalten, und sich mit ihr fleischlich vermischet, gestallt er denn dessen zwar nicht in Abrede gewesen, darbey aber fürgewendet, daß er durch das Weibesstück dazu verleitet worden, und ihm hierunter etlicher massen Beyfall zu geben, in dem er nur von 16. Jahren, und das Weibsstück ihn an Alter weit übertroffen, sich auch hernacher befunden, daß die Zeit des Beyschlafs nicht eingetroffen, und sie vorher von einem andern geschwängert gewesen, Als ist, rc. Inmassen er denn auch bey vorangeführter Bewandnis nicht schuldig ist, das Kind zu ernehren, noch das Weibsstück sonderlich zu dotiren. Quamdiu enim hoc incertum est, nec inculpatus concubitus convincitur, neque filius in filiationis quasi possessione constitutus, tamdiu onere alimentandi relevatur, nec probare tenetur filium ex se non esse genitum. Quod si vero filius in quasi possessione filiationis quidem non sit, pater autem concubitum cum matre confiteatur, juratae mulieris assertioni statur, illeque ad alendum filium compellitur, quia faeminae intentio in praesumtione fundatur, quae onus probandi contrarium rejicit in adversarium, *Illustris Dn. Struv. Jpr. F. Lib. 1. T. 15. a. 8.* Atque haec omnia ad omnes omnino liberos, legitimos & illegitimos, pertinent, *l. 8. d. R. J. l. 2. C. d. inf. expos.* qui honeste se exhibere, & aliunde indigentiae suae consulere nequeunt, quia alimenta saltim in subsidium debentur, nec eorum subministratione quisquam praeter necessitatem gravandus. *l. 5. §. 7. ff. d. agnosc. lib. Cz. p. 2. Dec. 173. n. 26.* Hinc si stuprator, qui plerumque juvenis est, propriis bonis destitutus, aufugerit, avus pater-

paternus infanti, ex stupro filii genito, alimenta suppeditare tenetur. *Lippold. Epit. Delict. c. 5. §. 15.* quia hoc debitum naturale est, & etiam in hæredes transmittitur. *l. 5. §. 17. d. agnosc. lib. ibique Brunnem. n. 18.* Nec refert, utrum liberi sint morigeri nec ne, bene an male morati: quia nuspiam permissum esse legitur, hujusmodi filium occidere, quod per denegationem alimentorum fieri dicitur *in l. 4. ff. d. agnosc. lib.* quemadmodum nec illi alimenta denegabuntur, qui a religione una deficit, & ad aliam, permissam tamen in Imp. Romano Germanico, transit: Religio enim est favora maximo, *l. 43. ff. de Religios.* non exheredatione digna, quæ tamen locum habere debet, ubi quis ab alimentorum petitione excludendus est, quæ in consulendo se observasse, dicit *Wissenbach. p. 1. D. 23. ad ff. th. 26.* Quid vero, si quis tanta prodigalitate sit, ut alimenta a parentibus suppeditata profuderit, anne parentes ad alia suppeditanda obligantur? Et æquior est sententia negativa, tum, quod alimenta secundum facultates paternas constitui soleant, & pro modo indigentiæ filii. *l. ult. C. d. alend. lib.* (Sed modus ille hic non observaretur, si filio liceret facultates paternas sensim absumere, & patrem ad exolvendum idem debitum, sæpius compellere. *l. 18. l. 58. d. V. O.*) tum quod damnum, quod quisque sua culpa sentit, non sentire videatur. *l. 203. ff. d. R. J. l. 21. pr. ff. quod met. caus. l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog.*

§. VIII.

Circa natos ex stupro, quos quoad alimenta naturalibus exæquatos dixit *Illustris Dn. Struv. Ex. 30. th. 79.* plerumque dubitatur, an ipsis alimenta debeantur, statim ac nati sint, an vero demum post triennium? Et *lex 9.* quidem *C. d. P. P.* effecit ut DD. in diversas abierint sententias: inter quas tamen eminere mihi videntur, qui obstantem *l. 9.* ad alimenta lactis restringunt, & alimenta liberis a nativitatis tempore deberi asserunt. *Habn. ad W. d. agnosc. lib. n. 4. Schulz. Synops. Inst. d. Publ. Jud. Lit. N.* quia accidere potest, ut præter lactationem infans aliorum indigeat sumtuum, forte quod mater ipsum citius delactarit, vel ipsa ante triennium mortua sit. *Brunneman. ad l. 5. ff d. agnosc. lib.* quæ & in Principatu Anhaltino attenditur, quando constitutum est,

ut stuprator infantem per triennium apud matrem relinquat; ipsique quovis anno 5. florenos solvat, queis victum & amictum facilius comparare possit. F. A. LO. *T. VIII. verb.* und dem Kinde dessen sie genesen, die ersten 3. Jahr über, da es dann die Mutter bey sich behalten soll, zu seinem Unterhalt iedes Jahr 5. Gülden, und also alle 3. Jahr über 15. Gülden, der Mutter entrichten, wann aber solche 3. Jahr verflossen, so soll er, als der Vater des Kindes, verpflichtet seyn, das Kind zu sich zunehmen, dasselbe als das Seinige, mit aller Nothdurfft zu versorgen und zu erziehen. Sed quid juris, si elapso triennio pater filium in sua domo educare velit, mater vero contendat, ut apud se relinquatur & pater filio alimenta porro subministret, utri magistratus acquiescere debet? Ut ut igitur videri posset, patrem matri præferendum esse, ideo quod cogi non possit, ut extra domum filium educari curet, deinde quod alimenta debita semper in domo debitoris præstari soleant, quia ibi minori sumtu præstari possunt: accedit quod & ipsi educationem effluxo triennio expresse tribuat ordinatio Provinc. Anhalt. *l. c.* Attamen matri potius gratificandum esse judico, quam patri, quia nulli magis quam matribus, etiam illegitimis, educationem liberorum permittunt *LL. l. 1. ff. ub. pup. educ. deb.* propter singularem erga liberos amorem, qui in naturales non minor est, quam legitimos, & quia sola civilis ratio differentiam inter liberos introduxit: *N. 89. Perez. in C. divort. fact. apud quem lib. n. 3.* idque tanto magis in filia procedere puto, quanto certum est eam a nemine, tum in moribus, tum in opificiis fœmineis, erudiri posse commodius, quam a matre. *Sande lib. 2. Dec. aur. tit. 8. d. 1.* Nec etiam textus, qui secundo loco ex Ord. Pol. Anhaltina adducebatur, matri educationem adimit, sed tum demum disponit, si mater educatione filii liberari cupiat, patrique filium exhibere ultro velit.

§. IX.

Ad educationem nunc transeundum esset, sed quomodo illa caute instituenda sit, meum non est, impræsentiarum docere; saltim de Institutione pauca quædam adjicienda. In pietate igitur Parentes institui liberos ante omnia curabunt, & ut

præ-

præceptoribus probis eos commendent, qui orthodoxæ religionis fundamenta ex solo Dei verbo petita, fideliter inculcent, non talibus, a quibus periculum seductionis & reprobatæ doctrinæ metuendum est. Quare recte statuit *Philipp. ad Dec. Elect. 52. obs. 2. n. 19.* parentes citra conscientiæ & officii paterni labefactationem non posse Jesuitarum scholis committere liberos: quippe quod his maxime peculiare sit, ut continua conversatione bonos corrumpant, & superstitionem tenellis Juvenum animis sensim instillent. Deinde ubi adoleverunt liberi, & ad addiscendam artem vel liberalem vel mechanicam apti sunt, eos sumtibus juvent necessariis: *v. g.* ad pendenda Professoribus honoraria & Magistris mercedes, sine quibus erudiri nemo creditur: *l. 2. C. d. alim. pupil. præstand.* neque ullius, quam ipsius patris, pluris interest, liberos quam primum erudiri, quos tamdiu alere cogitur, donec sibi ipsi quærere valeant subsidia. *l. 5. §. 7. ff. d. agnosc. lib.* Si autem pater sumtus suppeditare nequeat, & ipse opifex sit filius eo quod pater novit, opificio contentus esse debet, nec ut aliud doceri se curet opificium, patrem coget: de quo casu quæritur, si filius a patre opifice, sed eo, qui tribuum jure non gaudet, der nicht Zunfftmäßig ist, forte quod eo in loco habitet, ubi societas non est, opificium didicerit, an & filius eo in loco admittendus sit, ubi tribuum societates vigent? & nolunt eum admittere, ideo, quod non rarum sit, ut membra collegiorum in diversis oppidis habitent; & tamen, non sine molestia, in unum sæpe locum convenire coguntur, & quod ille suæ negligentiæ adscribere debeat, qui potuisset in alio loco illud opificium addiscere, & ut in collegium admitteretur, petere. *Dn. Beier. tract. d. Tyr. Jurpr. opif. n. 84.* Præterea indubitatum est, non posse filio ad opificium adspiranti aditum præcludi, ideo quod ipsius pater opificium noverit, quod vulgus odio habet; superstitiosa enim opificum cohors, dum nimium honestati studet, & in opificiis nihil omnino, quod vel paululum inhonestatis redolet, tolerare vult, sæpe receptionem in collegium denegat his, quos macula aliqua notatos sibi persvadet, subverens ne forte sibi suisque ita aliquid attrahatur labis. Hinc superstitiosam con-

ſvetudinem opificum, juſta æquitate commotus Sacratiſſ. Imperator Carolus V., imperio expelli eosque recipi juſſit, qui ætatem atque legitimam nativitatem, producto teſtimonio, abunde docuerunt. *Receſſ. Imp. d. Anno 1548.* von *Reformation* guter Policey. *Item.* von Handwercks Söhnen. eo quod, ſi qua macula laboret pater, ea perſonaliſſima ſit, nec ex alieno facto quis infamari aut puniri, *l. 27. C. d. pœn.* multo minus liberorum ad opificium adſpirantium intentio impediri debeat. *l. 6. §. ſ. ff. d. decur.* videatur etiam die Churfürſtliche Sächſ. Policey-Ord. *d. anno 1661. tit. LXI. ibi:* was der Leinweber ꝛc. Et hæc adeo obtinent, ut ſi quis eos a collegiis excluſerit, vel legitimæ nativitatis teſtimonium dare noluerit, aut ſuperſtitioſe literis natalitiis ex opinione vulgi odioſas adjecerit clauſulas, pœnam arbitrariam judici dare cogatur. Quo omnino pertinet notabile Reſcriptum Sereniſſimi Principis Anhaltini, ad Senatum Sanderslebienſem emiſſum, cujus verba ſunt ſequentia: Von Gottes Gnaden, Johann Caſimir, Fürſt zu Anhalt, Graff zu Aſcanien, Herr zu Zerbſt und Bernburg, Unſern gnädigen Gruß zuvor, Ehrſahme liebe Getreue. Uns iſt von denen ſämbtlichen Meiſtern des Leinweber-Handwercks zu Sandersleben, klagende in Unterthänigkeit vorgebracht und berichtet worden, was maſſen ihr eine Zeithero im Gebrauch gehabt, bey Ausfertigung derer bey euch geſuchten Geburths-Brieffe, ihnen und ihren Zunfft-Verwandten zu ſonderbahrem Nachtheil und Beſchimpffung, eine nachdenckliche clauſul mit einzurücken, und dadurch inſonderheit zu atteſtiren: **daß der** Impetrant **ſolches Geburhts-Brieſes echt und recht, und von ehrlichen Eltern, nicht aber etwa von einem Leinweber** und wie die Wort ſonſten ferner lauten mögen, erzeuget und gebohren wehre, und daß auch dannenhero ihre Kinder und Söhne bey andern Zunfften und Innungen, ein gewiſſes Handwerg zu lernen, nicht auffgenommen und eingedinget werden könten: mit angeheften unterthäniger Bitte, wir möchten aus tragendem hohen Obrigkeitlichen Amt hierin ein gebührendes Einſehen haben, ſie als ehrliche Innungs-Meiſter wieder ſolche unbillige und

un-

unverschuldete Beschimpfung gnädig schützen und handhaben, auch euch deswegen ernste und gewisse Weysung und Verboth thun. Wann wir dann solches der sämbtl. Meister des Leinweber Handwercks beschehenes unterthänigstes Ansuchen und Bitten, der Billigkeit und Gerechtigkeit gantz gemäß befinden; Als wollen wir Euch hiermit ernstlich, und zwar bey 50. Thal. unnachläßiger Bestraffung inhibiret und Verboth gethan haben, euch bey künfftiger Ausfertigung der Gebuhrts- und Zeugnis-Briefe nicht allein dieser, und dergleichen anzüglichen und Ehrenverletzlichen Clausuln und Worte, gantz und gar zu eusern und zu enthalten, besondern auch auf des Leineweber-Handwercks, welches wir so wohl als andere Zunften und Innungen, ungeachtet der an etzlichen Orthen eingeführten, und dahero durch des Heil. Röm. Reichs ertheilte Abschiede vorlengst cassirten unvernünfftigen Gewohnheiten, vor ehrlich und redlich erkennen, und ihme deswegen unsere Fürstl. Privilegia und Innungs-Briefe ertheilen und ausstellen lassen, gebührendes Ansuchen und Bitten zu verordnen und zu befordern, damit ihre Kinder und Angehörige von andern Zünfften und Innungs-Verwanten, als Schustern, Schneidern, Beckern, Rademachern, Schmieden, und wie Sie sonst mehr Nahmen haben mögen, gegen Erlegung eines billigen und gewöhnlichen Lehr-Geldes, oder wie man sich dessen sonsten wird vergleichen können, zur Lehre auf und angenommen, und ihnen zu Erlernung eines gewissen Handwercks aller guter Wille und Beforderung erwiesen werden möge. Solches wie es an ihm selbsten Christlich und billich, also erstattet ihr hieran unsern gnädigen Willen, und Befehl, denen wir mit Gnaden gewogen verbleiben, Datum Dessau den 26. Febr. Anno 1649.

§. X.

Postquam hactenus de alimentis egi, liberis suppeditandis, & correlativorum in jure eadem est ratio, *pr. J. & l. 1. ff. de his qui sunt sui vel al. jur.* hac thesi paucis ut agam de alendis parentibus vinculi nostri ratio jubet. Licet autem non eodem modo

modo vinciantur liberi ad alendos parentes, propter deficiens factum, quod generationem & sui nominis æternum conservandi studium superius dixi: attamen, quia pium & laudabile atque juri naturæ quam maxime consentaneum semper existimatum est, *t.t.C.d.al.lib. & parent.* parentes, quibus ortum nostrum debemus & ob infinita beneficia meritas gratias agere non posse dicimur, alimentis, quibus indigent, sublevare debemus, persvasi fore, ut Deus O. M. hanc liberorum pietatem remuneretur, prout in Decalogi præcepto sanctissime pollicitus est. Et hæc omnia procedunt in parentibus tam legitimis quam illegitimis, ita tamen ut hæres filii ob alimenta patri debita invitus non teneatur, *l. 5. §. 17. ff. d. agnosc. lib.* quia saltim ob vinculum, quod inter parentes & liberos est, quis obligatur, qua obligationis causa cessante, cessabit ipsa obligatio. De Patre adulterino major est controversia, anne ille alendus sit a filio? quod de jure civ. omnino negatur, cum liberis adulterinis alimenta non debeantur. *N. 74. c. f. N. 89. c. f. auth. ex complexu. C. d. incest. Nupt.* & correlativorum eadem ratio habeatur, sed liberi legitimi ad alendam Matrem adulteram omnino tenebuntur, quia utut impia & contra LL. fecerit, nihilominus tamen mater manet & a legibus pro tali habetur. *Nov. d. inc. Nupt. §. 1. & auth. incestas C. d. incest. nupt. Hahn. ad W. ad L. Jul. d. adult. n. 19.*

§. XI.

Educatos ita liberos, ubi ad nubilem ætatem pervenerint, ut commode elocent, allaborare debent parentes, *l. 19. ff. d. R. N. Ungepaur ad Decret. de sponsal. n. 26.* & potissimum cavere, ne quid circa officium tam suum, quam liberorum, peccetur. Contingit autem illud peccatum fere dupliciter, vel quando parentes liberos puberes despondent inconsultos, vel eorum nuptiis consensum suum accommodare nolunt. Licet enim septennio majores parentibus despondere permissum sit, *l. 14. ff. de sponf.* propter optimum consilium, quod parentes pro liberis capere præsumuntur, *l. 22. ff. ad L. Jul. d. Adult.* & puberes facti voluntatem aut noluntatem declarare teneantur. Attamen hoc ad puberes propterea non extenditur, quod consensus eorum ad nuptias

non

non minus requiratur, quam parentum. *l. 11. l. 13. ff. d. sponsal. l. 2. ff. d. R. N. l. 30. ff. d. R. J. c. 1. x. de despons. Impub. c. 26. in f. x. de sponsal.* & si omittatur, sola parentum promissio neque liberis quicquam obest, *d. l. 13. d. spons. c. 1. x. d. sponsal. l. 134. d. V. O.* neque ipsis parentibus nocet; & si se effecturos promiserint, tum, quia alieni facti promissor non obligatur, *§. 3. J. d. inutil. stipul. l. 38. pr. d. V. O.* tum, quia in matrimoniis singulare est, ut parentum promissioni semper subesse videatur conditio: si liberi voluerint. *Schneidew. ad tit. J. d. nupt. p. 2. n. 42. contra 2. §. 3 d. inutil. stipul. & l. 82. pr. d. V. O. Georg. Beat. p. 1. sentent. d. matrim. tit. 4. ubi Dominos Scabinos Lipsienses ita refert judicasse.*

§. XII.

Transgrediamur nunc ad hunc articulum: ut quæramus quid obtineat, si liberi parentum consensum requisiverint, ii vero vel non possint vel nolint consentire? Et illud quidem procul dubio observatur, tam de Jure civili Romano quam Anhaltino Provinciali, liberos posse sine Parentum consensu nuptias contrahere, sive parentes absentes sint sive furiosi, *l. 8. ff. de pact. dotal. l. 9. §. 1. ff. d. R N. l. 10. ff. eod.* modo tamen, a Justiniano *in pr. J. & l. 20. C. d. Nupt. ac in* F. A. L. O. *tit. 6.* von Ehesachen. *vers.* **Wann auch die Eltern verstorben oder im Lande nicht verhanden,** omnia observando. Sed si parentes nolint liberis consentire & vel nullas vel frivolas allegent rationes, illud quoque probamus, quod *in l 18. C. d. Nupt. &* F. A. L. O. *l. c. vers.* Wann aber *verb.* Were es aber sache ꝛc. constitutum est, & *Arn. Vinn. ad pr. J. de Nupt. n. 4.* tradit, observatumque in judicando attestatur *Joh. Philippi Lib. 1. Eccl. 49.* in tali dissensu parentum & liberorum, officium judicis Ecclesiastici interponendum esse, causasque dissensus paterni exquiri & examinari, atque ita utrique competenter consuli debere. Si enim pater tam malignus sit, ut verendum, ne lucri sui causa nuptias liberorum, callide differat, quo & operis & bonis diutius utatur, liberi vero tales si jungere personas velint, quibus patrem consentire omnino decet, vitæ scilicet probatæ: sane non video, cur non dicamus, hoc casu patri persvadendum esse, ut ne potestatem suam acerbe exer-

ceat, imo cogi posse: si hæc benigna persvasio nihil operetur, neque ulla spes impetrandi consensus supersit, liberique forsitan, quia majores sunt, contrahendi matrimonii cupidine teneantur; præsertim cum & autoritas Judicis consensum Patris suppleat, paterque ita pro consentiente habeatur. *Brunnem. ad L. 19. ff. d. R. N.* Quin imo hoc casu omnis exheredationis metus cessat, ubi liberi, invitis parentibus, oblatam conditionem acceptaverint. *l. 18. l. 20. C. l. 19. ff. d. Nupt. Hahn. ad Wes. d. sponsf. n. 4.* Quod si autem justas reluctandi causas parentes habeant, inhumanum erit, hunc contemtum quasi approbare, parentesque cogere, ut temerariis ejusmodi nuptiis consentiant. *Heig. p. 1. q. 22. n. 64. Ubi monet Judicem hoc casu in allegatas dissensus paterni rationes non adeo rigide inquirere, easque non tam sollicite examinare debere, ne videatur parentum amori quicquam detrahere & potius liberis quam parentibus gratificari velle.*

§. XIII.

Peccatum, quod in Nuptiis liberorum a parentibus committi potest, vidimus: nunc exigente ordine videamus, quomodo liberi peccent circa suum officium; Idque accidit varie, & tum quidem, quando sibi jungi postulant hos, quorum personæ ipsis sanctæ & venerabiles esse debent; Reverentiam quippe & obedientiam erga parentes sanciunt divinæ & humanæ LL *Lev. 18. v. 7. l. 8. l. 53. ff. d. R N. l. 2. ff. d. J. & J.* Sed hanc reverentiam per hujusmodi matrimonium lædi omnino dicendum, *l. 14. §. 2. ff. d. R. N.* imprimis si perpendamus maritum in uxorem habere potestatem maritalem, *l. 14. ff sol. matrim. l. un. §. 7. C. d. R. V. A.* ejusque vi pollere facultate, uxorem, si mores ejus illud postulare videbuntur, moderate castigandi. *arg. l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. L. un. C. d. emend. prop. J. G. Nicolai d. Repud. & divort. p. 2. c. 5. n. 19.* Si consideremus, inquam, eum, qui matrem verberat, illam atroci afficere injuria & graviori multari pœna. *l. 1 §. 2. ff. d. obs. par. & pat. præst. §. 9. J. d. Injur.* Deinde in nuptiis diversæ requiruntur personæ, quæ per nuptias debent conjugi & uniri, mater autem & filius sunt natura uniti, & una caro. *l. 1. §. 1. ff. d. inspic. vent. D. Schilter. in manud. Phil. mor. ad. ver. Jpr. c. 4. §. 46.* Porro liberi contra offici-

um

um suum faciunt, qui post habito parentum consensu ad nuptias transeunt, contra naturalem & civilem rationem, quarum illam in reverentia & pietate, hanc solum in eo, ne cui invito suus agnascatur heres, consistere comminiscitur *Joh. Pomeresch. ad pr. J. d Nupt.* Recte ne an secus Lectoris Judicio permitto. Ego rectius collocare existimo *Brunnemannum ad L. 25. ff. d. R. N. And. Gerhard. Dec. 2. q. 3.* naturalem illam in Patria Potestate, quia pater natura est caput familiæ, *Sutbold. D. 2. a. 6.* & per se nihil potest, qui alienæ potestati suppositus est, *l. 21. ff. ad L. Jul. d. adult.* materque propter inæqualem potestatem *l. 4 ff. d. cur. fur. §. 10. J. d. adopt. §. 3. J. d. her. qual. & diff.* excluditur. *pr. J. d. Nupt.* Accedit, quod & emancipati consensum parentum impune negligant. *pr. J. eod. l. 25. ff. eod. l. 10. ff. de sponsal.* Civilis autem in decore publico, ut matrimonia in republ. rite contrahantur, videtur consistere: quæ tamen sola non sufficit, sed cum naturali debet esse conjuncta, quomodo filiam, non minus quam filium, ad id teneri videmus, *pr. J. d. Nupt.* etsi illa patri suo suum heredem non pariat. *l. 195. §. ult. ff. d. V. S. § 3. J. d. P. P.* Si enim illud Pomereschio assentiar, concedam quoque necessum est, matris æque consensum adhiberi debere ac patris, tum quod æqualis ipsis debeatur reverentia per Præceptum Decalogi. *Gen. 9. v. 23. Ex. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16. & l. 2. ff. d. J. & J. l. 4. ff. d. cur. fur.* Interim hodierna vita alios postulat mores, eandemque parentibus reverentiam exhiberi, matrisque, perinde ut patris, consensum requiri vult, ob laboriosum in ætatem nubilem educationis onus, *l. 1. §. 3. ff. d. obs. par. & patr. præst.* & ob præceptum de honorandis æqualiter Parentibus: *l. 6 ff. d. in jus voc. l. 4 C. d. P. P. l. 18. l. 20. C. d. Nupt.* quæ & reformatæ ecclesiæ DD. sententia est, *teste Broncborst. 1. misc. 100.* probata a Sereniss. Princip. Anhaltinis *in Ordin. Pol. Tit. VI. pr.* passim recepta, *teste Schütz. in Comp. Jur. d. R. N. Schultz. Synops. J. d. N. lit. D. Schnobel. D. 14. ad. ff. tb. 11.* adeo ut & *Bachov. ad pr. J. d. Nupt.* statuat, avi materni consensum quoque desiderari, utpote cui ex filia hodie sui heredes agnascuntur. *§. 15. 16. J. d. her. quæ ab int. defer.*

§. XIV.

Illa quæstio dubia est & difficilis, utrum consensus paterni

ni tanta in nuptiis liberorum habeatur ratio, ut eo omiſſo nuptiæ per copulam carnalem aut ſacerdotalem conſummatæ, invalidæ pronunciari debeant? Et ipſe qui dem conſenſus de jure Naturali connato & revelato adhiberi quidem debet, ſed non ita, ut eo omiſſo actus matrimonialis vitietur, quod ex uno emancipatorum exemplo pateſcit. *l. 25. ff. d. R. N. Illuſtris Dn. Præſes in Anal. ad J. pr. d. Nupt.* Sed de jure civili, quod juri Nat. hoc caſu adſiſtit, hæc quæſtio ita definita eſt, ut, ſi qui coierint citra conſenſum Parentum, illegitimas nuptias contraxiſſe dicantur, *§. 12. J. eod.* liberique, qui exinde prodierunt, pro illegitimis & ſpuriis habeantur, *l. 11. ff. d. ſtat. hom. l. 4. C. d. inceſt. & inutil. nupt.* ne in fraudem legis peccent, & quod directo nequeunt, per indirectum conſequantur: *arg. l. 74. d. R. J.* concubitus namque, ut res vitioſa, nuptias æque vitioſas firmare nequit, *Don. 13. c. 20.* quippe quas ſolus facit conſeſus, *l. 30. ff. d. R. J.* & contrahentium & parentum *l. 2. ff. d. R. N. Q. Kubach. c. 2. Ill. qq. polit. Jur. D. 1. q. 2.* Et tantum abeſt, ut ſtupratæ injuriam faciat ſtupratoris pater, qui jure ſuo utitur, *l. 155. d. R. J* ut potius ſibi ipſi imputare habeat, quod contra LL. quarum ignorantia ipſam non excuſat, ſe cum tali commiſcuerit. *l. 203. ff. eod.* Quanquam mores hodierni ſtupratæ plus faveant, & cum ſpe matrimonii ad concubitum credant allectam, velint ut ipſi ſuccurri debeat, *Dn. Struv. Jpr. R. G. F. L. 1. T. VI. A. 4.* paterque ſtupratoris admoneri, ut ne in dolore ſupervacuo perſeveret, & nihil ſibi profuturo rigore in manifeſtam puellæ injuriam *arg. l. 1. §. 11. ff. d. Aq. & aq. plu. arc.* annullationem matrimonii urgere velit. Quin potius filio errorem condonet, quam calamitatem ipſius ſpectet & majoribus delictis feneſtram aperiat. *arg. l. 1. §. ult. ff. d. lib. Exhib.* cum & ea, quæ alias inutilia, ſi facta ſunt, ſæpenumero ſuſtineantur. *l. 7. §. 4. ff. d. interd. & releg. l. 1. §. 5. ff. qu. appell.* F. A. LO. T. VI. von Eheſachen *verſ.* Wann auch *verb.* So ſollen unſere Regierungen. *Dn. Müller. ad. L. 30 ff. d. R. J. Ex. 3. Lim.* Interim mores tantopere non favent liberis, ut contemtum parentum inultum ferant, quin potius eos, etſi poſtea voluntatem parentum conciliatam habeant, ſevere coerceant, prout in Principatu Anhal-

Anhaltino commorandi ipsis venia, atque proclamatio denegatur, eorumque opitulatores in terrorem aliorum puniri jubentur, F. A. L. O. *c. l. verb.* Als ordnen. *Richt. Dec. 8. n. 53.* Parentes tamen, ubi justas causas habent, judicis admonitioni obtemperare non tenentur, nec inviti filiam sponso, inferioris conditionis homini, in matrimonium dare, ut ut ad sponsalia clandestina accesserit concubitus: quod & eo casu patri licere arbitror, ubi stuprator ex consvetudine hodierna optare potest, utrum dotare stupratam an ducere velit, *Ex. 22. v. 17. c. 1. x. d. adult. Theodoric. Coll. Crim. c. 6. a. 4. n. 27.* Inductione enim novimus toties, quoties in alicujus favorem aliquid introductum est, semper subintelligi conditionem, nisi ille aliud ex justa causa velit *arg. l. 1 §. 10. ff d. Nov. op. Nunc. arg. §. 2. J. per qu. pers. cuique acquir.* Circa nuptias sine consensu parentum copula Sacerdotali consummatas similis est controversia, sed profecto non tanta, ut me commoveat diversum, ac in superiore, statuere. Licet enim in bene constitutis ecclesiis casus talis non facile contingat, cum ubique cautum sit, ne Sacerdotes quibusvis peregre adventantibus ignotis, benedictionem sacerdotalem parentibus, prius gratificentur, quam copulandi sufficiens originis suæ produxerint documentum; quod sanxit etiam die F. A. L. O. *l. c.* Accidit tamen nonnunquam ut Parochi benedictionem sacerdotalem ex nimia credulitate impertiant vagabundis, forte ob concubitum vel delictum, hinc quid eo casu juris disquiri meretur? Equidem ex jure civili hæc quæstio decidi debet, ut ut illud benedictionem sacerdotalem non agnoscat, sed consensu perfectum & carnali copula consummatum cognitum habeat. *l. 30. ff. d. R. J.* & affirmandum fuerat, utpote cum hoc matrimonium sit ipso jure nullum, & Benedictio eum in finem non introducta, ut sanet vitia, sed ut matrimonia decenter contrahantur ac de consensu conjugali publice constet; quanquam Theologis Lipsiensibus *apud Dedeken Thes. cons theol. sect. 3. n. 41.* aliud visum fuerit *attestante D. Müllero Diss. de Hierologia sect. 6. th. 4.*

§. XV.

Parentes, qui in potestate habent liberos, officio suo satisfe-

ciſſe putandi non ſunt, ſi nuptiis eorum ſolum annuerint, ſed tum demum ſi & dote ac donatione P. N. eos juverint, *l. 6. ff. d. collat. l. 7. C. d. dot. promiſſ.* ad cujus præſtationem Parentes tantopere obligatos eſſe dicit *Dom. 12. c. 4. p. 15.* ut, ſi ſponte non præſtent, cogi poſſint. *l. 19. ff. d. R. N.* idque multo magis procedere autumat *Cz. p. 2. c. 43. d. 12.* ſi pater filio uxorem ducenti, P. N. Donationem, promiſerit in tabulis nuptialibus, aut ſi ſaltim tabulas illas ſubſcripſerit, quia fœmina intuitu facultatum marito nupſiſſe cenſetur, prout ad requiſitionem *Andreæ* Breiters zu Mehringen *Scabini Hallenſes* pronunciavere: P. P. Hat euch euer Vater zum Heyrathen durch ein oder andere *perſvaſion* angereitzet, und endlich zwiſchen euch und eurer damahligen Braut eine gewiſſe Eheſtifftung auffgerichtet, auch zugleich für ſeine Perſon ſich mit euch verglichen und ſein Vermögen auf gewiſſe maaſſe euch abgetreten; Ob nun wohl der, mit euren Vater aufgerichtete Vergleich, nicht abſonderlich zu Pappier gebracht, und ermelter euer Vater vorietzo, weder an beſagte Eheſtifftung, noch an die, darin mit beſchehene, Ubergabe nicht ferner verbunden ſeyn will, ſondern ſich ein oder der andern bedrohentlichen Reden vernehmen läſſet; dafern ihr aber eurem Berichte nach, den Vater des berührten Vergleichs halber, nicht nur durch Zeugen convinciren könnet, ſondern er auch eure Ehſtifftung, worinnen ſolcher Vergleich wiederhohlet, unterſchrieben, und ihr der ietztberührten Ehſtifftung und darinnen ausgeſetzten Vorbehalt, überall euch gemäß bezeiget, auch demſelben ferner nachzukommen geſonnen; So iſt auch euer Vater ſeines Theils, ſolche Ehſtifftung und was er darinnen euch verſprochen, unverbrüchlich zu halten ſchuldig, ihr aber könnet euch gegen denſelben Exceptione pacti conventi ſchützen, und würde er allenfalls, wann er ſich auf fleißiges, auch wohl gerichtliches, Anermahnen ſothaner Ehſtifftung gebührend nachzuleben nochmahls verweigern ſolte, und ihr ihm entweder die benöthigten und verſchriebenen Alimenta anders wo reichen, oder ein ſtück Geld, nach billigen Ermeſſen, und zugleich die Vorbehaltenen Aecker ausſtellen woltet, euch das Guth zu räumen nicht unbillig angehalten. V. R. W. Ita tamen utrius-

utriusque constitutio initur, ut facultatum patris habeatur ratio *d l.7. C. l. 60. l. 61. ff. d. Jur. Dot.* nec hoc onere ullus, præter patrem gravari debeat, nisi saltim in subsidium mater, ubi scilicet pater egenus est, aut non superstes, *l.8. ff. d. agnosc. lic. Cz. p. 2. c. 10. d. 21.* vel ubi lex id specialiter jubet: *l. 19. §. 1. C. de heret. l. 14. C. d. Jur. Dot. l. 34. ff. eod. ubi Brunnem. l. 45. ff. solut. matrim. Vinn. 2. q. 14. Sichard. in auth. C. comm. d. legat. Ludwell. in Wes. d. Jur. Dot. n. 3.* quo casu & feudi successores tenentur quantitatem dotis, a Domino Feudi definitam, solvere. F. A. L. O. *Tit. XV.* von Rittergütern. *§. fin. Carpz. p. 2. c. 46. d. 16. n. 5. Rauchb. p. 1. q. 38. n. 1. Schneidew. ad §. 29. J. d. act. n. 98. Richt. d. success. ab int. sect. 1. M. 1. n. 34. Id. d. privil. cred. c. 4. sect. 1. n. 165.* Nec præter liberos in P.P. constitutos quisquam exigendæ dotis jus habet. *d. l. 19. ff. d. R. N. l. 44. ff. d. Jur. Dot. & ibi Brun. Coll. Jur. Arg. eod. tb. 5. n. 3.* Sed ab eorum sententia recedere visum est Quibusdam contendentibus, emancipatis dotem deberi, non propter Patriam Potestatem, sed propter officium paternum, ad exemplum alimentorum. *l. 5. §. 1. d. agnosc. lib. Id. in evol. Controv. ad. d. Ex. 30.* Sed LL. a me allegatas *19. d. R. N. & 44. de Jur. Dot.* contrarium diserte docere comperturus est, quisquis eas mecum penitius inspicere non gravabitur. Neque enim negari potest. *d. l. 19.* exclusive loqui, dum eos saltem elocare & dotare jubet, qui P. P. adhuc sunt suppositi, utut particulam exclusivam non contineat, *arg. l. 17. ff. d. LL.* Imo illud insuper evincit argumentum a contrario ductum, quod hic obtinere nemo propterea ambiget, quod illud in rescriptis, quale est *in l. 19. d. R. N.* locum præprimis inveniat. *Stephan. Dial. Jur. Lib. 2 loc. 29.* Cæterum ultro concedo *l. 44. d. Jur. Dot.* illud non asserere, quod emancipatæ dos debeatur, sed quod interveniens emancipatio patrem, a promissione filiæ facta, non liberet; Interim, quid quæso aliud velit Lex, quando patrem & heredes ejus obligari dicit, etsi filia vel morte vel facto patris postea emancipata sit, non video, quam quod emancipatæ quidem dos non debeatur, sed si ipsi promissa sit, illa promissio per subsecutam emancipationem non fiat inutilis. *Brunnem. ad. c. l. Vinn. 2. q. 14.* Neque etiam argumentum ab alimentis desumtum tanti momenti est, ut ei responderi neque.

nequeat. Primum dicitur emancipatæ alimenta deberi: Esto, sed utrum ab alimentis ad dotem commode inferatur propterea dubito, quod alimentationis & dotis non sit eadem ratio, illa namque ex jure naturali debentur, hæc ex jure civili, propter P.P alias & naturalis filia esset dotanda, quod nemo affirmat *Dn. Struv. Ex. 30.th.3 ibique illustr. Dn. PræsesVinn. c.l. Busius in l.19.ff.d.R.N. Perez.in C de Dot promiss.n.6* Ejusdem ponderis sunt LL. *l.5.§.11.ff.de Jur Dot. l.6.d.Collat.l.7.pr.C.d.dot.promiss.* & saltim probant, dotare filiam emancipatam esse voluntatis, non necessitatis, eamque sententiam æquitate niti atque favore, *l.85.d.R.I.l.1.l.45.ff.sol.matrim.l.2.l.70.ff. de Jur.Dot. Brunnemann ad L.5.ff.d.agnosc.lib.n.3.* argumento etiam est, quod ubi res aliæ vel deficiunt vel non sufficiunt ex rebus fideicommisso subjectis, dos & donatio P. N. constitui queat. *auth.res quæ C.comm.d.leg.& fideic.ibique Sichard.n.7.& 11.& Richter. n.4. Sande d.probib.rer. alien.p.3.c.8.n.18. 7 hessaur.Dec.192.n 3.* Restat ut examinemus quæstionem præcipue hactenus agitatam, utrum locupleti filiæ dos debeatur? Atque hanc tripliciter invenies decisam, plerisque *cum Gudelino, d.Jur.Nov.lib.2.c.14.* placet negativa simpliciter, ideo quod eam pater non teneatur alere. *l.5.§.7. d.agnosc.lib.* nec hic subsit ratio cogendi patris. *Cz.p.2.c.42.d.13.* Alii eam affirmant: *Zæs.ad ff de Jur.Dot.n 8.D Stryk d.caut contr sect. 3.c.8.§.13.Sichard. ad L.fin. C. de dot.promiss.* Ast *Bachov.ad Treutl.v.2. D.7.th.2.lit.C.* ab his recedit, & alia adhibita distinctione rem expediri posse, & interesse putat, utrum bona pleno jure habeat vel nudam proprietatem, ususfructu apud patrem existente. Ita ut priore casu pater non teneatur, posteriore vero, si ususfructus magnus sit, teneatur. Sed mediam ego arripio sententiam, quæ & fundamentis suffulta & Celeberrimis Viris probata ac usu servari videtur. *Gail.l.2.O.95. Mynsing.5.O.32.Cz.p.2.dec.163.* ubi idem statuit eo casu, quo dotari solent filiæ ex feudo. Negantium e contra argumenta infirmiora sunt, quam ut affirmativam convellere valeant. Nam quod primo affertur alimenta locupleti non deberi, id eo non pertinet, ut propterea dos ipsi possit denegari; sed ex eo est, quia alimenta in subsidium, dos vero honestioris & melioris conditionis causa, liberis solet assignari, nec

ratio

ratio coactionis hic cessat, tum quod non debeat ipsi damnosum esse, quod in favorem ipsius introductum est, quod fieret, si dos ipsi denegaretur ideo, quod ipsa bona haberet & ad maritum afferre posset. Bachovii igitur distinctio textui L. ult. non congruit, utpote cujus verba adeo clara sunt, ut distinctione nulla indigeat.

§. XVI.

Vinculum familiæ illud præterea utrique Parenti tribuit privilegii, ut ex permissu LL. XII. Tab. non tantum Patres jure P. P. testamento liberis suis, sive institutis sive exheredatis, *l. 31. ff. d. Testam. tut.* quos educare iniqua Sors denegavit, tutores constituere, *l. 1. pr. ff. eod. l. 40. ff. de adm. & per. tut. §. 3. J. de tutel. Henn. Wegner. D. ad. J. 3. tb. 2. lit. C.* & sui juris effectorum legitimi tutores esse possint, *t. t. J. d. Leg. par. tut. l. 5. §. 12. ff. de Jur. Dot.* sed etiam Matres, ut ut non aliter, quam si liberos instituerint, tutoresque a magistratu confirmentur. *l. 1. §. 1. ff. d. confirm. tut. Schneidewin. ad §. 3. J. d. tut. Ludwell. Ex. 3. tb. 2. lit. G.* Legitimam vero filiorum suorum tutelam suscipere tamdiu non licuit matribus, quæ propter infirmius judicium ne quidem sibi ipsis, *l. 4. C. d. sponsal.* nedum aliis recte consulere possunt, *l. 2. l. 73. pr. ff. d. R. J. l. 1. C. quand. mul. off. tut. fung. Balthas. 5. Resol. 3. n. 1.* donec Imperatores certis saltim casibus ipsas admiserint, propter innatum amorem. *l. 14. C. d. his qui accus. non poss. l. fin. pr. C. d. cur. fur.* quos secutus est Justinianus, dum eas ante avum & omnes collaterales, ad tutelam legitimam adspirare permisit, dummodo secundis nuptiis & SCto Vellejano renuncient. *Nov. 94. c. 7. auth. Matri C. qu. mulier off. tut. ubi Brunnem. Nov. 118. c. 5.* Idque etiam in feudalibus observari *testes sunt Strauch. Diss. 5. a. 14. D. Stryck. Ex. jur. feud. c. 7. q. 16.* In principatu Anhaltino *ex Constit. Provinc. T. 33. vers.* da auch eine Wittbe ꝛc. Matri quidem permittitur Liberorum tutelam accipere, sed si ejus ætatis ipsa sit, ut ipsa sibi & liberis prospicere queat, nec a marito defuncto in testamento aliud constitutum vel in pactis dotalibus provisum fuerit, & hoc casu (1) renunciet secundis votis, (2) liberis bene provideat, ipsorum bona conservet, non

prodigat (3) legitimum absque mora fieri curet inventarium (4) ipsi vel persona publica vel ex mariti consangvineis quidam adjungatur, qui eam consilio juvet in expediendis negotiis quibusvis arduis. (5) Ut toties, quoties desideretur, administrationis suæ rationes reddat. An autem pater in testamento tutores non constituens possit prohibere, ne mater filiorum fiat legitima tutrix, quæritur? Ego negativam opinor veriorem, cum, quod patre quoad tutelam intestato, h. e., tutore non dato, decedente, legitimis tutoribus ipso jure deferatur tutela *pr. & §. 2. J. d. leg. Agnat. tut.* tum quod *in Nov. 118. c. 5.* matri soli testamentarii præferantur; *Dn. Struv. S. J.C. Ex. 31. th. 22. ibique Dn. Præses in Anal.* Sic nec matri licet, tutela filii ipso jure patri competente, ipsum privare, *arg. l. 28. ff. de test. milit.* utut vel maxime prohibendi potestatem habeat, ne ususfructus jus pater in bonis filii sibi arroget, *Nov. 117. c. 1. Berlich. Dec. 139.* & curatores vel observatores ipsi adjungendi; *Conf. Altorf. 1. Schnobel Disp. IX. th. 31. Berlich. d. 140.* tutorem enim habere non potest, qui est in patris potestate. *§. 3. J. d. tutel. l. 6. §. 4. ff. eod. l. 1. §. 2. l. 2. ff. d. testam. l. 239. ff. d. V. S.* Ubi autem pater testamento non dedit tutores, nec matres de jure novo volunt vel possunt amplius tutrices esse, ipsarum partium est intra annum Magistratum solicitare, ut nominatos a se tutores liberis suis dignetur constituere. *l. 1. ff. qui pet. tut.* quod ubi non fecerint, beneficio delatæ successionis privabuntur; *l. 2. §. 2. eod. §. 6. J. & l. 2. §. 23. ff. ad SCt. Tertull.* nisi justa causa ipsas excuset, *l. 8. C. qui pet. tut. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 2. §. 26. & 46. ff. ad SCt. Tertul.* qualis etiam est, si liberi puberes moriantur, quia tum sibi ipsis curatores petere potuerunt. *§. 6. J. & l. 2. §. 29. ff. eod. l. 2. §. 4 ff. qui pet. tut.* Item si mater sit minor. *l. 2. C. si advers. delict. Philipp. Usu Pract. Libr. eccl. 21. n. 4.*

§. XVII.

Ad administrationem ubi fuerit perventum, pater solenne inventarium conficere non tenetur, *Richter. Dec. 58. n. 26.* quia illud tendit ad rationum redditionem, quam filius a patre exigere vetatur, non enim juramentum illud a patre, quod vulgus Tutorum solet præstare, in casum omissi inventarii, desidera-

deratur, siquidem illud sinistræ suscipionis patrem arguit, & honori ipsi debito adversatur; *arg. l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 34. §. 4 ff. de Jurejur. t. t. d. obs. Par. & Pat. Præst.* amoremque haud fucatum Patris in filium labefactat: *l. 67. §. 1. ff. de R. N. l. 2. C. qui & adv. quos in int. rest. non pos. l. 7. C. d. Cur. fur. l. 10. pr. d. adopt. Philipp. ad Dec. Elect. XXI. Obs. I. n. 13. & seq.* cessante ergo rationum redditione cessabit quoque inventarii confectio. *ICti Altorff. Cons. 1. Stephan. Lib 2. Dial. Jur. loc. 26. n. 9.* usque adeo, ut & idem statuendum putent in patre ad secundas nuptias transeunte, quia nec tutela nec ususfructus propterea finitur, *l. 4. C. d. Bon. Mat.* Interim hoc casu consultius esse opinatur *Dn. Struv. Jpr. R. G. F. Lib. I. T. 18. a. 1.* si pater adhibeat proximos filii consangvineos, in eorumque conspectu res consignet, ac magistratui designationem exhibeat. Matrem vero eo privilegio non gaudere, & si inventarii confectionem neglexerit, ad juratam specificationem teneri, non certum tantum est, postquam Collegii Juridici ac Scabinatus Lipsiensis dissensionem Sereniss. Elect. sustulit, Scabinatusque sui sententiam approbavit; Dec. *21. Strauch. Diss. 5. a. 25.* sed & Juri quam maxime congruum. Equidem neminem fore existimo, qui hanc sententiam iniquitatis insimulaturus sit, si consideret, inter parentes, propter diversitatem sexus & potestatis inæqualitatem, diversum quoque jus dici, patrique non solum propter parentelæ respectum, sed & P. Potestatis intuitu, usumfr. competere, & inventarii necessitatem esse remissam: quod cum in matre cesset, oneri illi merito supponitur. *Cz. p. 2. c. 11. d. 5. Philipp. ad Dec. El 21. obs. 4. n. 12. & seqq.* Circa educationem liberorum sæpe numero dubitatur, cuinam sit committenda? Et LL. quidem soli præ reliquis matri illam tribuunt, *l. 1. §. 1. ff. l. 1. §. 1. C. ub. pup. educ. N. 22. c. 38.* quia ipsa fide dignior est & tam ardenter liberos amat, ut jures, quenquam ardentius non posse; *l. fin pr. C. d. Cur. fur. arg. l. 14. C. de his qui accus. non poss. Nov 94. c. 1.* sed tamdiu, donec vitricum inducat, *d. N. 22. d. l. 1. C.* multis suspicionibus obnoxium, *arg. eorum quæ habet Cujac. 6. O. 29.* ob præsumptum erga liberos prioris matrimonii odium, *l. 5. §. 1. C. d. sec. nupt.* & metuendum a vitrico vitæ bonorumque periculum. *l. 22. C. d. ad-*

min. tut. ubi autem mater vilis conditionis eſt, male morata & reprobatæ religioni addicta, educationem filii, tanquam ſuſpecta, omnino amittit. *l. 5. ff. ub. pup. educ. Menoch. lib. 2. arb. Jud. qq. c. 168. n. 5.* Et ſi coram judice mater cum tutoribus de educatione diſceptat, conſtitutum eſt *in l. 5. ff. ub. ed.* magiſtratus arbitrio hanc litem eſſe dirimendam, ut quem ille elegerit, illius curæ committatur educatio. *Franzk. ad §. 7. J. d. Attil. Tut. n. 20.* Atque ita arbitrati ſunt *Domini Conſiliarii Anhaltino Deſſavienſes d. 16. Sept. Anno 1680. in cauſa* **Barbaren Dehſen und Vormünder Ihres Sohnes:** die Erziehung des Kindes aber, wird aus bewegenden Urſachen der Mutter ferner nicht überlaſſen, ſondern der Vormünder Sorgfalt anvertrauet. Quod ſi educationem & tutelam mater ſemel amiſit, per tranſitum ad ſecunda vota, illam nunquam recipit, ne quidem ſecundo matrimonio per mortem diſſoluto; *Bachov. ad Weſ. ff. d. tutel. n. 5. Ludwell. Exerc. 3. th. 4. Rittershuſ. p. 8. Expoſ. Nov. c. 9. n. 13.* modo nuptiæ ſint conſummatæ: tunc enim, quia mutato concubitu alienari præſumitur affectio materna, *Nov. 22. c. 40. Rittershuſ. ad Nov. p. 4. c. 3. n. 4. Perez. in C. d. Secund. nupt. n. 1. Nov. 94. c. 2.* jura ſemel perdita reiterari non oportet. *l. 21. ff. d. ſtat. hom. l. 21. ff. d. Jur. Dot.* Si autem nuptiæ ſecutæ non ſunt, forte quod ipſam facti pœniteat, neſcio an æquitati repugnet ſententia, matrem ad depoſitam liberorum tutelam iterum admittens. *Conſ. d. Nov. 22. c. 40. Bachov. c. 1. Mynſing. 3. O. 83.* In Patre idem ſtatuere ſine lege erubeſco, non ignarus, quod & Patres firmiori liberos complectantur amore, *Ludwell. ad Weſ. d. tut. n. 5.* imo majori, quam uxores ipſas proſequantur: *Habn. ad Weſ. und. Vir. & Ux. p. m. 235. Menoch lib 4 Præſumpt. 16. n. 4.* & quod pœnales LL. extenſive non ſoleamus interpretari. Cæterum quod matres creditrices & debitrices, citra ſui crediti debitive jacturam, liberorum tutrices eſſe poſſint, *Nov. 94. c. 1. auth. adhæc C. qu. mal. off. tut. fung.* contra *Nov. 72. & auth minoris C. q. tut. dari vel. cur. poſſ.* vinculo familiæ & propenſæ in liberos pietati acceptum ferimus, ſiquidem non videntur ejus eſſe animi, ut velint liberis ſuis debitum intervertere, debitumve ſemel ſolutum contra bonam

fidem

fidem iterum exigere. *Philip. ad Dec. El. 35. O. 1. n. 7.* De Patre, quin idem diei possit, ob majoritatem rationis, non est quod dubitet *Rittershus. Exp. N. p. 8. c. 3. n. 11.* Etenim Imperatori in *N. 94. c. 1.* illud propositum fuisse non videtur, ut, Patre excluso, matri soli tale largiretur privilegium, dum diserte asserit constitutionem *Nov. 72. c. 1.* Matri contra suam Intentionem esse objectam, & prohibet imposterum eandem ipsi & aliis objicere.

Cap. III.

Exhibet

Vinculum Familiæ Intuitu Juris in re.

§. I.

Quid operetur Vinculum familiæ in jure in re paululum videamus, postquam ejusdem effectum in jure personarum prolixius consideravimus. Etenim ut a Dominio, ejusve acquirendi modis civilibus, quos in universales & particulares non inepte videas distributos *in §. 6. J. p. q. pers. cuiq acq.* exordiar, quanquam neminem fugiat prohibitam esse patris in filium donationem, *l. 1. §. 1. ff. pro don.* propter arctissimum familiæ vinculum, *l. 13. C. d. collat. l. 2. l. 11. l. 17. C. d. Donat.* vi cujus, in iis rebus, quæ patri acquiruntur, pro una eademque persona reputantur, *§. 4. J d. inutil. stipul. l. 11. C. d. inpub. & al. subst.* cum, quod ex re patris filius consequitur, illud patri rursus cedat. *§. 1. J. p. qu. pers. cuiq. acq. Menoch. L. 2. A. J. Q. c. 132.* Matris vero permissam esse, imprimis ideo quod eam & liberos tale non liget vinculum, *Cz. p. 2. c. 12. d. 23.* ac metus *l. 3. §. 4. ff. d. donat. int. Vir. & Ux.* hodie penitus sit sublatus, *d. §. 1. J per. qu. pers.* ac constitutum, ut, si Matri libeat, patri usufructu in bonis filii adventitiis competente, interdicere queat. *N. 117. c. 1.* Attamen si subsequens mors patris eam confirmet, *l. 18. C. fam. herciſc. l. 25. C. de don. int. Vir. & Ux.* aut jusjurandum

arg. l. 38. §. 1. ff. d. condict. indeb. aut si fiat ob benemerita filii sustinetur, *l. 77. §. 25 ff. d. leg. 2* ex traditione *Arumai Ex. 6. q. 14. Gail. 2. O. 38. n. 7. Habn. ad Wes. d. donat. p. m. 251. p. 2.* modo benemerita sint singularia & a Donatario *Sichard. ad L. 2. eod. Dn. Stryck. de caut. contr. sect. 3 c. 9. §. 3* (quippe contra quem non factæ donationis præsumtio fortiter militat, *l. 25. ff. d. probat.* cum ne quidem ob summa parentum beneficia iis reddi possit æquivalens, nedum benemereri;) probentur, testibus, instrumentis. *Cz. Dec. 124.* vel jurejurando, *l. 5. §. 2. l. 11. §. 3 ff. d. jurej.* non vero solius patris donatoris effató, qui ad evitandam insinuationis necessitatem quidvis sæpe numero confitetur. *l. 27. C. d. donat. Moller. 2. Sem. 17. n. 4.* Cæterum Vinculum familiæ efficit, ut donatio a parentibus quibuslibet facta ob supervenientiam liberorum ipso jure revocetur, postquam *l. 8. C. d. Rev. don.* ut ut de speciali casu conceptam, ad quemvis donatorem, applicaverunt D. D. *Strauch. Diss. 8. th. 31. Cz. p. 2. c. 12. d. 32.* persuasi fore neminem qui alienas propriis anteponere velit successiones, *l. 30. C. d fideicom. l. 102. ff. d. condit. & demonstr. D. Struv. S. J. C. Ex. 40. th. 16.* Matri autem binubæ istam revocandæ donationis potestatem, liberis prioris matrimonii ante transitum ad secunda vota factæ, denegaverunt JCti Lipsienses, referente *Strauchio c. l.* nisi quatenus ad legitimam liberis posterioribus sufficiat, & ne quidem ob ingratitudinem, nisi ob causas *in l. 7. & auth. quod mater C. d. Rev. don.* expressas.

§. II.

Cum ad usucapionis, ad quam missa donatione accedo, formam inter cœtera requiratur res præscriptibilis: *Vinn. ad §. 1. J. d. Usucap.* cur bona liberorum adventitia a nemine usucapi queant, nec liberi ullo temporis spatio, a vindicatione horum excludi, nisi tricennali a die, quo liberati sunt P. P. computando. *auth. nisi tricennale. C. d. Bon. Matern. N. 22. c. 24. l. 4. C. d. Bon quæ lib. l. 1. §. 2. C. d. annal. exc. l. 1. C. d. Bon. Matern.* facile negotio dijudicare est, si perpendamus, nemini, qui agere jure impeditur, usucapionis tempus currere, *Brunnem. ad c. l. §. 2. C. d. ann. Exc.* & liberis jus agendi adversus patrem interdictum esse quoad

vinculo

vinculo familiæ constringuntur, *l. 4. C. d. Bon. qv. lib. l. 4. ff. d. Judic.* quod & Saxones receperunt, quando res geradicas annali quidem spatio præscribi asserunt: Landr. *lib. 1. art. 28. Coler. p. 1. Dec. 20. n. 14. Heig. p. 1. q. 16. n. 35.* filias tamen etiam post annum admittunt tamdiu, donec pater impleat triginta annorum anni & diei spatium. *Cz. p. 2. c. 3. d. 14* tametsi protestatæ non sint, cum ex reverentia paterna potius, quam juris sui negligentia, tacuisse præsumantur, *arg. l. 91. ff. d. furt. Moller. 2. Sem. 6.*

§. III.

Circa personas in acquisitionem venientes, præ cæteris inquirere placet, quare per liberos patri acquiratur? Et, si de jure veteri quæstionem propositam velimus exauditam, ratio acquisitionis in vinculo familiæ omnino ponenda, quo qui ligabatur, nihil poteret habere proprii, *Franzk. ad. §. 1. J. per. qu. pers. cuiq. l. 10. §. 1. ff. d. A. R. D. l. 1. §. 5. l. 4. ff. d. Acq. Poss.* & omne, quod præter castrensia bona undecunque consequebatur, patri confestim acquirebat; *l. 79. ff. d. Acquir. Hered. Wissemb. D. ad J. 16. th. 1.* ita ut etiam pater liberam alienandi facultatem haberet; *d. §. 1.* De Jure Novo (quo Justinianus jus vetus quoad adventitia emendavit & utrique parti, parentum & liberorum abunde providit, *d. §. 1. l. 1. l. 2. C. d. Bon. mat. l. 6. C. d. Bon. quæ lib.*) liberos propter Patriam potestatem acquirere ideo credo, quod pater ex eo, quod liberis, postquam sua potestate exierunt, obvenit, præter virilis portionis usumfructum, nihil sibi polliceri debeat, *l. 3. C. d. Bon. mat.* idque non ut debitum, sed tanquam munus reverentiæ patris manumissoris lege oblatum. *Suthold. Diss. 6. a. 59.* Et licet ususfructus patri semel quæsitus per subsecutam Patriæ potestatis dissolutionem non desinat, tamen exinde inferri non poterit. Patriam potestatem non esse causam ususfructus, quippe quum ea ad inceptionem ususfructus quidem faciat, non autem ad durationem, prout patet, quando pater cum filio aut uxore concurrit in successione filii in potestate sua constituti, tum enim retinet usumfructum, qui sibi vivo filio competebat, in portione hereditaria uxori filiove obveniente, quia ususfructus morte proprietarii non expirat

l. 3.

inter cœtera objiciunt *ex Nov. 115. c. 4.* nulli filiofamilias licere parentes suos a rebus, de quibus data ipsi est testandi licentia, testamento excludere, nisi causas *in c. N.* nominatas, in testamento suo expresserit specialiter, & exinde deducunt subintelligi ibi bona adventitia irregularia, argumento *pr. J. d. satisd. tut. & cur.* quia in testamento, de peculio castrensi, non tenentur causas exheredationis exprimere, utpote quod querala inofficiosi non ferit. *l. 9. l. 24. l. 37. C. d. inoff. testam.* Illud confutant satis *§. 3. & 6. J. d. milit. testam.* secundum hos enim testamentum filiif., post missionem vel extra castra, fieri debet secundum dispositionem juris communis, quod querelam omnino non respuit; *§. 1. J. d. inoff testam. N. 123. c. 19.* quam, utut correctoriam putet *d. l. 37. C. d. inoff. testam. Donellus 19. c. 5.* quoad testamenta Clericorum, ad cujusvis filiif. literati testamentum tamen rectius extendit. *Illustris Dn. Præses in Anal. ad §. 1. J. d. inoff. testam.* Nec illud, quod ex *l. 8. §. 5. C. de Bon. quæ lib.* a contrario ducunt argumentum quicquam evincit, cum ex communi sententia nullius valoris sit, quando absurdi quid infert. *Schikhard. D. 7. ad J. th. 3.* & scriptas leges corrigit. Accedit quod, quia testamenti faciendi jus a majestate, non cujusvis privati arbitrio, dependet, *l. 3. l. 6. pr. ff. l. 3. §. 1. C. de testament. pr. J. eod. l. 43. ff. d. vulg. & pup. subst. l. 45. §. 1. ff. d. R. J. l. 38. ff. d. pact.* per interdictionem ususfructus patri factam, filiof. tribui non possit testamenti factio, & multo minus tali, quem ipse Imperator exclusit *in l. 37. §. 1. C. d. inoff. testam. verb. tantummodo. & in l. 11. C. qui testam. fac. poss. §. 6. J. d. milit. testam. pr. J. quib. non est permiss. fac. testam. ibi: præter hos igitur.*

§. V.

Excluso ergo filiof. testandi facultas Patri & Matrif. lege XII. Tabb. tribuitur, *l. 120. ff. d. V. S.* & quidem pro lubitu vel solenniter vel minus solenniter, modo quoad liberos uterque ita testetur. Non enim diversitas sexus & inde oriens inæqualis potestas parentum efficit, ut alterutrius ultima voluntas plus minusve à liberis observetur, alias nec patris, quoad emancipatos subsisteret, testamentum, *l. 26. C. famil. hercisc.* Sed LL. quæ

F utrius-

utriusque parentis hereditatem, ex pio ipsorummet voto, ad liberos indiſtincte devolvunt, *l. 7. pr. ff. d. Bon. damnat.* æqualem reverentiam utrique exhiberi, & utriusque ultimam voluntatem ex æquo cuſtodiri ſancte præcipiunt. *l. 21. §. 1. C. d. teſtam. Dn. Schöpfer. d. jur. Braxandi p. 1. c. 2. n. 945.* Solenniter ſi parentes teſtantur, ſive in ſcriptis id faciant ſive ſine ſcriptis, omnes ſolemnitates Juris civilis adhibere tenentur. *t. t. I. ff. & C. d. teſtament.* Sin minus ſolenniter, & in ſcriptis quidem, eis teſtari viſum fuerit, ſolennitatibus ſuperſedere poſſunt. *Ord. Imp.* Von Notarien *Rubr.* von Teſtamenten §. und ſollen die Notarien *verſ.* aber in *Teſtamenten* ſo Vater und Mutter zwiſchen ihren Kinder machen ꝛc. dummodo curent, ut teſtamentum diſpoſitioni *auth. quod ſine C. d. teſtament.* per omnia coveniat, i. e. tempus confecti teſtamenti, annum ſcil. & diem contineat, eo fine, ut ſi plures ejusmodi ſcripturas reliquerit teſtator, conſpicuum fiat, utra prior ſit vel poſterior; *Rittershuſ. ad Nov. p. 2. c. 2. n. 4* ut & rerum, quæ inter liberos diſtributæ ſunt, plenis verbis non notis factam deſignationem; *Berlich. Dec. 190.* ipſiusque parentis, ſi alius forte manu ſcriptum ſit, ſubſcriptionem & aſſeverationem, hac charta ſuam contineri ultimam voluntatem: quo omnis fraus evitetur, quam LL. præſertim in teſtamentis odio habent & averſantur. *§. 4. J. d. Teſtament. Speckban. C. 1. q. 48.* Quod ſi vero in ſcriptis non fuerit commodum, ſine ſcriptis coram duobus teſtibus non prohibentur teſtari, per generalem textum *in l. 21. §. 1. C. de Teſtam.* & expreſſam *l. 19. C. famil. herciſc. & arg. l ult. C. eod.* Ille namque qui vult ſuſtineri patris patris voluntatem inter liberos, quocunque modo declaratam, rejicere velle non creditur teſtamentum ejusdem coram teſtibus nuncupatum. *Nov. 107. c. 1.* In ſolenni teſtamento præterea Pater liberos, quos in poteſtate jam habet vel habere ſperat, tenetur heredes facere, pure, item ſub conditione poteſtativa, *l. 83. ff. d. condit. & demonſtr. l. 4. C. d. inſtit. & ſubſtit.* vel exheredes nominatim, *pr. & §. 1. §. 5. J. d. Exher. lib. 1. l. ff. d. lib. & poſth.* totius hereditatis, non alicujus partis, *l. 19. ff. eod.* pure non ſub conditione. *l. 3. §. 1. eod. l. 68. in f. ff. d. hered. inſtit.* qui exheredatio

eſt

eſt res dura & fere contra pietatem naturalem, unde debet ex certo fieri judicio; *Brunnem. ad c. l. 3. §. 1.* tandem ex juſta cauſa teſtamento ſuo inſerta. *N. 115. c. 3.* At mater ad id de jure veteri non obligatur, liberosque impune ſilentio præterit ſimpliciter. *§. 7. J. d. Exher. lib.* De jure vero Novellarum non aliter illud licet, quam ſi ex juſta cauſa id fecerit, eamque ſuo teſtamento inſeruerit; ſecus, ſi vel nullam appoſuerit, vel iniquam, ejus teſtamentum, perinde ut patris, nullitatis vel inoffcioſi querelam neutiquam evadet, niſi ſtudio liberis bene conſulendi illud egerint. *l. 18. ff. d. lib. & poſthum. l. 25. C. d. inoff. teſtam. l 16. §. 2. ff. d. cur. fur.* In minus ſolenni teſtamento uterque parens liberos heredes inſtituere tantum tenetur, quia exheredationis, in ejusmodi teſtamento factæ, nullum usquam apparet veſtigium. *D. Struv. Jurpr. F. L. 2. T. XVI. a. 8.* Extraneorum in tali teſtamento ſimul facta inſtitutio penitus annullatur, & quod ipſis aſſignatum eſt, liberis accreſcit, *l. 21. §. 1. C. d. teſtam.* legata vero & fideicommiſſa illis relicta, ubi duobus teſtibus probabuntur, non pereunt. *auth. quod ſine C. eod. Köppen. 1. O 112. n. 20. Beat. p. 2. ſent. de Teſtament. c. 147. n. 35.* Teſtamenti nomine inſigniri non meretur diviſio paterna, quando res ſuas dividunt, earumque partem unicuique liberorum aſſignant parentes, etiam aliquando majorem ea, quam ab inteſtato alias tuliſſet, citra tamen cœterorum legitimæ deminutionem, *l. 8. C. d. inoff. teſtam. l. ult. C. famil. bercisc.*, ſed ſi quibusdam diviſis, indiviſas reliquerunt morte præventi aliquas, has inter ſe æqualiter partiantur liberi. *l. 11. l. 21. C. eod.* Quod de privilegio parentum circa teſtamenta dictum eſt, illud ad liberos merito non porrigit, *Sichard. ad. d. l. 21. §. 1. C. d. Teſtam.* quia LL. de liberis penitus tacent & aperte prohibent, ne ullum privilegium, præter data, circa ultimas voluntates ſibi vendicent, ſed eas juxta præſcriptum Juris communis ordinent, *pr. & §. 3. I. d. milit. teſt.* quin nec *lex noſtra 21. C. de teſtam.* juris veteris correctoria, uti in reliquis obtinuit, ultra ſuos fines, i. e. alium caſum aliasque perſonas, quam quæ in lege comprehenduntur, extendenda. *l 32. §. 6. C. d. appell.* Parentes ubi ſuſpicantur fore, ut liberis heredibus inſtitutis, ante

hereditatem susceptam demortuis, hereditas veniat ad eos, qui ipsis sunt invisi, posse ipsos liberis alios substituere & testamento cavere ut, liberis de mortuis, hereditas sua ad substitutos veniat, placuit. Ita tamen ut parentes masculini sexus liberis, in sua potestate constitutis, impuberibus, heredibus institutis & exheredatis, vigore Patriæ potestatis & vulgariter & Pupillariter substituere queant. *pr. & §. 4. J. & l. 2. pr. ff. d. vulg. & pup. subst.* fœminini sexus parentes vero tantum vulgariter, *l. 33. ff. eod.* In quasi pupillari vero illud singulariter obtinet, ut parentes utriusque sexus, non attento potestatis discrimine, liberis non sanæ mentis substituere possint, *§. 1. J. d. pupill. subst. l. 9. C. d. impub. & al. subst.* quia in utroque censetur esse eadem affectio; *arg. l. 4. C. d lib. prat. & exhared.* Sed ubi uterque simul substituit, patris substitutus materno præfertur in bonis filii, in potestate adhuc constituti, quia in ejus persona & naturalia & civilia jura concurrunt; In bonis vero filii emancipati, aut communi parentum labore quæsitis, substituti æqualiter succedunt; In bonis ipsorummet Parentum facta substitutio separatim subsistit, *Illustr. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 33. a. 35. Sichard. ad l. 9. C. d. Impub. & al. subst. n. 8.* Hac distinctione opus non est, ubi de vera pupillari sustitutione agitur, substitutus enim taliter, quia cum nemine concurrit, omnia & testatoris & filii bona, etiam ea, quæ postea acquisivit filius, accipit. *l. 10. §. 5. ff. d. vulg. & pupill. subst. propter l. 7. ff. d. R. J. ubi Dn. Muller. Ex. 3.*

§. VI.

Dissentanea testamentorum quod attinet, infirmantur illa vel ipso jure vel facto hominis, solenne quidem ipso jure agnatione sui heredis rumpitur, *§. 2. J. d. Exher. lib.* adeo ut ne legata quidem conserventur, *l 3. ff. d. condict. indeb.* & posteriore testamento etiam imperfecto, quod institutos continet illos, qui ab intestato sunt successuri. *l. 21. §. 3. C. d. Testam. l. 2. ff. d. injust. & rupt. testam.* Minus solenne vero tum infirmatur, si parentes id coram septem revocaverint testibus, aut aliam ultimam condiderint voluntatem, scriptam vel nuncupativam, jure perfectam. *auth. hoc inter C. d. testam. Cuj. 3. O. 3.* Facto hominis infir-

infirmantur testamenta, quando liberi parentesve, qui legitimam ipsis jure Naturæ debitam, neque totam neque ullam ejus partem, honorabili institutionis titulo habent, *N. 115. c. 3. §. 3. J. d. inoff. testam. l. 30. l. 36. eod.* nec ullo alio jure ad defuncti bona venire possunt, *§. 2. J. eod.* conqueruntur, se rite quidem sed inique exheredatos vel præteritos, atque adeo testamentum rescindi petunt, & hereditatem sibi ab intestato debitam vindicant; *pr. J. & §. 1. d. inoff. testam.* Hæc enim legitima, quia a Jure N. liberis parentibusque confertur, *l. 7. ff. d. Bon. damnat. l. 15. pr. ff. d. inoff. test. c. 1. d. testam. in 6. l. 7. §. 1 ff. si tab. test. null. extab.* adeo favorabilis est, ut nullum ipsi gravamen, nulla conditio, nulla dilatio adjici possit, *l. 32. C. d. inoff. test. Berlich. Dec. 110.* & si adjectum quid fuerit, nihilòminus de ea pro libitu disponere liceat liberis parentibusque, *Coler. p. 1. Dec. 36. n. 11.* & a nemine ipsis testamento adimi possit, nisi testator simul conquestus sit de ingratitudine, scriptusque heres causam ingratitudinis, in testamento nominatam, solidiore juverit probatione; *N. 115. c. 3.* quia sola defuncti confessio in testamento facta, quando in præjudicium tertii vergit, nullius efficaciæ est. *Ungepaur. ad X. d confess. n. 34.* Et hinc est, quod substitutio pupillaris tacita matrem a legitima non excludat, *per l. 8. C. d. Impub. & al. subst.* quia credendum est, patrem, dum expresse non substituit, voluisse voluntatem suam conformem esse debito filii, cujus personam quoad testamenti factionem sustinet, qui, propter labores partus, & educationis atque naturalem affectum, non præsumitur Matri extraneum præferre voluisse. *Brunnem. ad l. 8. ff. d. inoff. test. n. 13.* Sed de expressa pupillari aliud statuendum, quippe in qua de mente testatoris constat, quod maluerit substitutum bona sua habere quam matrem; nec enim mater, testamento facto, ex bonis filii aliquid consequi potest, querela inofficiosi instituta, cum pater filio fecerit testamentum, nec illi necessitas imponatur vel heredem matrem instituere vel exheredare, *l 8. §. 5. ff. d. inoff. testam. Sichard. ad l. 8. C. d. impub. & al. subst. n. 7.* ubi etiam asserit, quod ex conjecturis colligatur mens testatoris, matrem per tacitam pupillarem excludere volentis, sc. si mater

ihre Ausstattung einmahl aus den neuerkaufften Lehn-Güthern gesuchet, ihren gehörigen Pflichttheil oder legitimam daraus so wenig, als ob gnugsame Erbgüter, (worzu auch die beym Lehn befindliche inventarien-Stücken gehören) verhanden seynd, suchen können, und darneben die Ehe-Gelder vor erfolgter Verehligung mit Bestande nicht gefodert werden mögen. Jedennoch aber und dieweil, Mævius sein im Fürstenthum Anhalt nachgelassenes Lehn-Guth nicht von seinen Vorfahren ererbet, sondern vor eine hohe summam Geldes von neuem erkaufft, und wie es sich aus eurer Frage ansehen lässet, sein meistes Vermögen darzu angewendet, hingegen die Tochter ihre Ausstattung aus dem Lehn noch zur Zeit nicht gefodert, sondern vielmehr, ausser dem Verheyratungs Fall, ihre legitimam vor itzo zu ihrer freyen disposition begehret. So wird dieselbe, nicht zwar nach dem itzigen Werth, sondern den damahligen Kauff-Geldern, auch aufgewanten Bau- und melioration Kosten des neuerkaufften Lehn-Guths, auch der Erb-Güther und Inventarien-Stücken, iedoch nach Abzug der Väterlichen gesambten Schulden, vor allen Dingen gebührend eingerichtet, und des Mævii Tochter, von ihren Brüdern zu ihrer freyen Disposition so fort billig abgefolget. De quantitate legitimæ olim sic satis constitit, quando in unam quartam plures vocati sunt liberi; *§. ult. d. inoff. testam.* sed de Jure Novellarum alia atque alia introducta est quantitas, scil. ut si quatuor vel pauciores essent, trientem acciperent, sin vero quinque vel ultra, semissem haberent, quod augmentum *Ordinatio Provincialis Anhaltina Tit. XXXVI.* eousque extendit, ut sine discrimine numeri, sive unus sive plures supersint liberi, legitima eorum sit semis. Sed an augmentum Juris Novi etiam ad parentum legitimam porrigendum sit, quæritur, Et quia impossibile est, ut quis parentes quinque, qui ei successuri sunt, relinquat, de semisse hic frustra quærimus. *Strauch. Diss. 9. a. 36.* De triente vero æquitas nos non sinit dubitare, uti & *Nov. 18. c. 1.* finis evidenter docet, Justinianum non tantum de liberorum legitima locutum esse, sed generaliter de omnium, quibus

quibus quarta olim debebatur, legitima. *Franzk. ad ff. d. in off. testam. n. 32.*

§. VII.

Effectus testamenti jure facti est aditio hereditatis, quæ pro diversa heredum qualitate est varia; Sui enim & necessarii, utut aditione proprie non videantur indegere, cum hereditatem ipso jure acquirant, *§. 3. J. de her. quæ ab int. des.* & dominium morte patris ita in ipsos continuetur, ut nulla videatur fuisse hereditas. *l. 11. ff. d. lib. & posthum.* Attamen, quia Prætores rigorem legis XII. Tabb., qua etiam inviti hereditatem suscipere cogebantur, correxerunt, & volentibus abstinendi licentiam dederunt, *§. 2. J. d. hered. qual. & diff. l. 12. l. 71 §. 4. ff. d. Acquir. Hered* factum est, ut quoad suos inter heredis existentiam & immixtionem distingvamus, & ad illam acquisitionem juris, ad hanc possessionem referamus, cum enim hæc in facto consistat, & animo atque voluntate retineatur, sequitur quod animo per mortem extincto, *l. 4. ff. locat.* ipsa possessio extinguatur, nec in hæredem continuetur. Facit hnc *l. 12. §. 1. l. 23. ff. d. Acquir. possess Arumæus Ex. 10 Corall.* Quoniam igitur hæres in omnia jura, in re & ad rem, succedit, *l. 37. ff. d. Acquir. Hered. l. 1. ff. si ag. vect. l. 24. ff. d. V. S. l. 62. ff. d. R. J.* activa & passiva, & ratione horum respondere debet: *l. 8. pr. ff. d. Acq. her.* hinc animum declarare debent, utrum velint se immiscere bonis an vero abstinere, ne creditores diu frustrentur, quibus etiam, ubi de incommodo liberorum agitur, onus probandi immixtionem incumbit, quia eo casu liberi præsumuntur se abstinuisse. *l. 12. l. 57. pr. ff. eod. Perez. in C. d. his qui ant. ap. tab.* Accedit etiam, quod creditores non in existentia, sed immixtione, quæ facti est, se fundent, & propterea ad onus probandi se ipsos adstringant. *Moller. 4. sem. 39.* Illud tamen creditorum bono simul adjecerunt Prætores, ut si semel se immiscuerint, liberi postea relinquendæ hereditatis facultatem non habeant, *§. 5. J. de hered. qual. & diff.* quia omnis variatio odiosa, *l. 8. pr. C. d. Codicill. l. 9. ff. d. negot. gest. l. 21. ff. R. J. in 6.* & cumprimis tum, quando ex variatione alteri damnum imminet, quia nemo mutare potest consilium suum in alterius injuriam. *l. 75. ff. d. R. J.*

§. IIX.

§. VIII.

An liberi, in conditione positi, sint in dispositione circa hereditatem, quæ obliqua hominis voluntate ad nos defertur, plerumque controvertitur. Et merito prævaluit negantium opinio, Legibus Civilibus omnino consentanea, tum quod conditio in hæreditatibus nihil ponat in esse, *l. 8. ff. si quis omiss. caus. test. l. 1. §. 8. ff. ad L. Falcid.* secus atque in contractibus, *§. 4 J. d. verb. obl.* tum quod positus in conditione ab intestato vocetur, *l. 82 ff. d. hered inst. l. 114. §. 13. ff. d. leg. Hænon. Quæst. illustr. Disp. 8. controv. 7. l. 7. pr. C. d. inst. & substit.* tum denique, quod ex testamento vocati esse non possint, quorum nomina non sunt expressa, *l. 29 C. d. testam.* sed habentur pro præteritis. *l. 16. §. 1. ff. d. vulg. & pub. subst.* Deinde olim hæc quæstio dubia fuit, an filius gravatus fideicommisso, duplicis quartæ, Trebellianæ puta & Legitimæ, detrahendæ jus habeat. Sed hodie de jure Canonico & consuetudinario satis decisa, ita ut si fideicommissum vel in diem vel conditionale sit, ipsi hoc liceat; *c. 16. & c. 18. x. de Testament.* sin purum, unius quartæ deductione contentus esse debeat, & in arbitrio ipsius sit, si in alterutra plus sit, id quod excedit, petere. Deducitur autem illa duplex quarta non uno momento, sed legitima, quam ut filius accipit ab omni gravamine liberam, *Nov. 39. c. 1.* statim debetur; ast non sic Trebelliana, quam exigere demum potest die adventante vel conditione existente. *Schultz. synops. Inst. d. fideic. Hered. lit. A.* non obstat: quod duæ lucrativæ causæ in unam eandemque personam concurrere nequeant, *§. 6. J. d. legat.* quia illa regula fallit, ubi acquisitionis causa variat. *Gail. de Arest. Imp. c. 6. n. 14.* Accedit, quod si in aliis causis, circa eandem rem diversa jura concurrant, effectus inde orientes se invicem non impediant, sed vires suas æqualiter exerant, *l. 22. ff. d. his quæ ut indign. §. 4. J. d. inoff. test.* nec etiam diversum svadet, quod hac ratione plus consequeretur gravatus quam honoratus, si liberorum legitima esset semis, cum hæc sententia favore liberorum sit recepta: juxta *Wisenbach. p. 2. D. 9. th. 13.* Clausulam codicillarem nunc subnecto, de cujus efficacia multa multi scripserunt: mihi libet impræsentiarum inquirere, an

ipsa testamentum, quod nullam liberorum facit mentionem, aut non rite factam continet exheredationem, sustineat, ad eum effectum, ut directa parentum voluntas in obliquam flectatur, liberique rogati censeantur, scriptis in testamento heredibus restituere hereditatem? Quod negatur, quia alias nullus querelæ nullitatis & inofficiosi amplius esset usus, quippe cum parentum testamentis semper inesse fingatur tacita clausula codicillaris, quæ tamen saltim sanat vitium solennium, non autem quæ ad formam internam spectant, quale est filii institutio vel exheredatio. *l. 13. ff. d. inoff. testam. ibique Brunnemann. Illustris Dn. Præses ad S. J. C. Struv. Ex. 10. th. 36.* qua ratione igitur directa heredis institutio corruit, sic ex eadem etiam obliqua, *d. l. 13. l. 36. ff. d. leg. 3.* quia eadem facilitate, qua præteriit liberos, testator præsumitur adjecisse clausulam codicillarem.

§. IX.

Dispositione legis ad parentum hereditatem præ cæteris admittuntur liberi, qui vivis etiam parentibus Domini fuerunt, & restrictam tantummodo rerum paternarum habuisse creduntur administrationem, *§. 2. I. d. her. qual. & diff. l. 11. ff. d. lib. & posth.* tam de Jure vet. *t. t. I. d. hered. quæ ab int. def.* quam Novo. *Novell. 118. præf. & c. 1.* ex præsumta Parentum pia voluntate, *l. 7. pr. ff. d. Bon. damn. l. 7. §. 1. ff. si tab. test. nulli extab.* cujuscunque generis, sive ex justis nuptiis sive non, præter adulterinos, qui parentum neutri; *auth. ex complexu C. de incest. nupt.* & naturales in specie, qui patribus, legitima conjuge & liberis non extantibus, in sextantem succedunt. *N. 18. c. 5.* sui & emancipati, *§. 9. I. d. hered. quæ ab int.* filii & filiæ *§. 5. I. d. Exhered. lib.* nati & posthumi, *§. 2. I. d. her. quæ ab int. def. l. 1. § 8. l 3 §. 9. ff. d. suis & leg. her.* etsi ex diversis matrimoniis geniti sint, hoc tamen discrimine, ut liberi lucra nuptialia suorum parentum habeant præcipua. *l. 3. §. 1. l 9. §. 1. C de sec. nupt.* æqualiter succedunt, in capita primi gradus, ulterioris in stirpes, *l. 2 § 2 ff. d. suis & leg. §. 6. I. d. her. quæ ab int. def.* sed quoad res, in quas fit successio, non nunquam inæqualiter admittuntur, quemadmodum in emphyteusin quidem masculi & fœminæ succedunt *N. 7. c. 3.* adeo ut nec laudemium solvere cogantur

Struv.

Struv. S.F. c. 10. a. 15. Sichard. ad l. f. C. d. Jur. Emphyt. ſed in feudis fœminæ regulariter excluduntur, *1. f. 1. §. 3. 1. f. 8.* quemadmodum plus ſatis liquet, quod in foro Sax. filii præcipuas habeant res expeditorias & inter illos ſenior gladium, Landr. *lib. 1. art. 22.* fœminæ vero matri ſuccedentes geradam, adeo ut, etſi filiæ deficiant, neque filius neque maritus admittantur, ſed fiſco cedat, perinde ut res expeditoriæ filiis deficientibus. Succeſſio Parentum in bona filiorum, eodem modo ſe habet, quo liberorum, *N. 89. c. 13.* ut propterea multis de ea loqui neceſſe non ſit. Nec, ubi diverſæ lineæ parentes concurrunt, attenditur bonorum origo, *per general. Nov. 118. c. 2.* utpote quæ reſpectum paterni & materni peculii per aditionem hereditatis amiſerunt. *l. 10. § 2. ff. d. vulg. & pup. ſubſt.* Jure Sax. cum Parentes excludant collaterales, quæritur quid juris de commorientibus v. g. ſi pater & filius propter furtum ſuſpendii pœnam ſubeant, quis exiſtimetur alteri ſuccedere, ut hereditatem vel ad adſcendentes vel deſcendentes transmittat? Et cum de jure civili expeditum ſit, indubio cenſeri filium puberem ſupervixiſſe patri, impuberem autem ante eum mortuum, *l 9. §. 4. l. 22. l. 23. ff. d. Reb. dub. Cz. p. 3. c. 17. d. 10.* puto patris filio addicendam hereditatem, modo dubium ſit, uter prior vel poſterior obierit, forte quod carnifex neutrius cervicem fregerit, aut ambo a duobus carnificibus uno momento enecati, quia ille pubes eſt, qui meruit ſuſpendium, quomodo pronunciavit *Ampliſſ. Scabin. Lipſienſis referente Strauchio Diſſ. XI. a. 24.*

§. X.

Illud ſaltem adhuc ſumus admonendi, circa liberorum ſucceſſionem Prætores æquitate motos jus collationis introduxiſſe, ut quos pares fecit natura, pari modo quoque tractentur, ne ex inæqualitate inter liberos diſcordiæ oriantur & altercationes; Et ab initio quidem in emancipatis, ne, dum iis aut Bon. Poſſ. contra Tab. aut unde liberi concederent, nocerent ſuis, *l. 1. pr. & §. 5. ff. d. Collat.* qui utut patri vivo profectitia & adventitia uſufructu tenus acquiſiverint & hereditatem auxerint, cum emancipatis hereditatem patris æqualiter dividere deberent. *l. 11. l. 14. C. fam. herc.* Aſt poſtea ad omnes etiam ſuos porrectum

est collationis jus, ideo quod differentia suitatis & emancipationis sit sublata, *§. 9. I. d. hered. quæ ab int. def. pr. J. d. leg. agnat. success.* Observandum tamen est (1) quod ad collationem non adigatur, qui non a parentibus quibus succeditur aut eorum intuitu res acceperit. *l. 15. l. 6. C. d. Collat.* dotem aut donationem P. N. *l. 17. C. eod. t. t. d. Dot. Collat.* excipiuntur tamen castrensia & quasi castrensia, *l. 1. §. 15. ff. d. Collat. l. 7. C. d. assess. & dom. & Cancell. l. un. C. d. castr. omn. pal. pec. l. 4. ff. d. castr. pec. l. 21. C. d. collat.* ut & studiorum sumtus, *l. 50. ff. fam. bercisc.* ad instruendam militiam suppeditati, ut eo magis studia invitentur. *l. 1. C. qui ætat. vel prof.* modo parentes voluntatem non expresserint & specialiter jusserint sumtus illos conferre, tum enim etsi consignaverint, non conferuntur, quia sola ratio neminem facit debitorem, *l. 26. ff. d. donat.* & modo filius utiliter impenderit sumtus, alias conferet, quia cessantibus studiis cessat favor studiorum. (2) Quod illa quæ conferri debent, a vivis parentibus acceperint, hinc ea quæ post mortem parentum ex bonis ipsorum liberis obveniunt, collationi non subjacent. *l. 13. C. d. Collat. l. 10. l. 5. C. eod.* (3) Ut post mortem adhuc extent naturaliter vel virtualiter, hinc ad sumtus illos, quos parentes in nuptiis liberorum faciunt, liberi non tenebuntur, quia parentes illos ex mera liberalitate faciunt, nec in rem liberorum convertunt, ut exinde fiant locupletiores. *Brunnem. de Collat. Bonor. c. 4. n. 824. Perez. in C. n. 16.* nisi hi sumtus facti sint pars dotis, ita enim cum ipsa dote conferendi sunt. Aliquando etiam ex conjecturis putat Carpzovius elici posse remissam esse collationis necessitatem *p. 3. c. 11. d. 24.* si pater in compensationem ejus, quod acceperunt prioris matrimonii liberi, posterioris matrimonii liberis certam summam prælegaverit, quia, imposita collatione, nulla esset compensatio, nec subsisteret æqualitas inter liberos. Imo & debita, vivo patre studiorum causa contracta, ex communi hereditate post mortem patris exsolvenda, modo probentur in studia esse impensa. *Zas. ad ff. d. Collat n. 36.* fingitur enim ipse pater ea contraxisse, qui filium destinavit literis, unde nata vivo parte obligatio afficit hereditatem, defuncti personam repræsentantem, ut adeo non solus

onere-

oneretur, qui studuit, sed commune sit omnium heredum onus hoc debitum. *l. 1. §. 16. ff. de Collat.* quemadmodum videre est ex Responso *Dnn. Ecabinorum Hallensium requirenti J. C. U.* dato. P. P. Hat euer Vater C. U. euch von Jugend auf zur Schulen und nachher drey Jahr auf der Universität gehalten, sich auch folgig so gütig erwiesen, daß er sich schrifftlich anerboten, dasjenige was ihr etwa am Tische oder dem Hospiti verhafftet, aus seinen Güthern zu refundiren; Ob nun wohl eure Geschwister euch solche Schulden aus den gemeinen Erbe wegnehmen zu lassen nicht verstatten wollen, auch sonsten unter denen Kindern gleiche Theilung zu halten, und iedweder, was er empfangen in gemeine Verlassenschafft zu conferiren, verbunden. Dieweil aber die Sumtus Studiorum solcher Collation ordinarie nicht unterworffen, und euer Vater dieser halben keine sonderliche Verordnung gethan, besondern sich zu derselben Abtrag, wie erwehnet, vielmehr erbothen, so sind auch eure Geschwister solche Schulden, die ihr eurer Studien halben erweißlich aufgewendet, aus den väterlichen Erbe euch vor wegnehmen zu lassen gehalten, ihr aber solche zu conferiren nicht schuldig, V. R. W. Accidit nonnunquam ut liberi parentes hereditate, vel testamento vel lege ipsis delata, se reddant indignos, v. c. si sese invicem deserant, aut mortis causam ipsis præbent dolo aut culpa, *l. 9. ff. d. Jur. fisc. l. 3. ff. d. his quæ ut indign. auf. l. 4. ff. d. al. lib. Coler. p. 2. Dec. 256. 257.* Probandus tamen ille dolus aut negligentia, non enim ex conjecturis præsumitur, quemadmodum *Amplissima Academia Wittenbergensis facultas Juridica pronunciavit contra* **Friedrich Ohesen, und dessen Weib zu Sandersleben,** *Mense Aug. 1684.* quando ipsos absolvit, mota hisce rationibus: Ob wohl beyde inquisiten, wegen des Kindes Todes, und daß es etwa verwahrloset seyn möchte, dahero in Verdacht gezogen werden wollen, daß sie mit dessen Vormund, wegen der Väterlichen Verlassenschafft in process gelebt, auch da ihnen von der Obrigkeit, das Kind bey dem Vormund erziehen zulassen, Auflage geschehen, derselben nicht parirer, und hierüber, obgleich die Infection zu Oldesleben gewesen, sie dennoch mit dem Kinde dahin, und in ein solches Hauß,

aus welchen unterschiedliche Personen an der Pest gestorben, eingezogen. Dennoch aber und dieweil nicht ungewöhnlich, daß zwischen Eltern und Kindern, wenn es zur Theilung kommet, Streit zu entstehen pfleget, auch daß sie ihr Kind nicht dem Vormund überlassen, sich durch die mütterliche Liebe wohl entschuldigen läßset, und über diß nicht zuvermuthen, weil die Infection zu Sandersleben in ihren Hause gewesen, auch ihr eigen Kind daran gestorben, daß sie zu dem Ende mit dem Kinde nach Oldesleben gezogen, damit es an der Pest sterben solte, zumahlen da auch schon zu Oldesleben in dem Hause, darein sie eingezogen, Leute gewohnet. Als sind sie auch daher von der Inquisition entbunden, und daß sie sich der hereditæt nicht verlustig gemacht, erkennet, in die Unkosten aber, weil sie der Auflage nicht pariret, und zu dieser Inquisition Ursach gegeben, condemniret worden. Sed de his satis! nunc considerabit,

CAP. IV.

Vinculum familiæ ratione Juris ad Rem.

§. I.

Vinculum familiæ ratione juris ad rem exacte consideraturum, causas illius ordine perpendere non tantum oportet, sed etiam necesse est Proinde cum in universum fere Jus ad rem immediate ex facto hominis obligatorio, licito vel illicito oriatur, §. 2. *J. d. oblig.* in illo prius occupatus ero, & quid vinculum familiæ circa illud efficiat, quoad licebit, recensebo. Factum ergo licitum, quod jus ad rem producit, & conventio quidem, in pactum & contractum distinguitur. Contractus sunt nominati vel innominati: illique iterum vel veri vel quasi. Inter veros, quorum alii re absolvuntur, alii verbis, literis, vel consensu *d.* §. *2.* quia ipse Imperator Realibus primas

primus tribuit *t. t. J. quib. mod. re cont. obl.* nos ejus vestigiis insistemus & unicam saltim illorum speciem, mutuum puta, examinabimus. Vinculum igitur familiæ causam esse putamus, cur filius filiavefamilias, nepos neptisve mutuum accipere prohibeantur, *l 1. pr. l. 9. §. 2. l. 14. ff. ad SCt. Mac. l. 6. C. eod. l. 45. pr. ff. d. leg. 2. l. 62. ff. d. leg. 3. §. 7. J. quod cum eo qui in a. pot. est.* & si acceperint, non tantum ipsi sive alieni juris sive sui existant, sed & parentes ipsorum contra creditores exceptione SCti Macedoniani se defendere valeant, quoniam enim hereditatem parentum liberi ex communi parentum voto debitam sperabant, *l. 7. ff. d. bon. damn.* & quidam liberi illa spe freti dissolutius vivebant, & consumtis in luxuriam pecuniis, vitæ parentum insidias struxisse probabantur, ut quo celerius bona parentum consequerentur, eo citius æs alienum dissolverent: cavit SCtum Macedonianum, ne obligarentur, contra *§. 6. J. d. Inutil. stipul. l. 39. ff. d. O. & A.* etsi patria potestate essent liberati. *§. 7. J. quod cum eo &c.* vel pecuniam mutuo datam salvam haberent. *l. 9. § 2. ff. d. SCt. Maced.* imo licet peculia adventitia irregularia possiderent; *d. l. 9. §. 1. ff. eod.* nullum enim præter castrense vel quasi castrense peculium facit, quo minus SCti beneficium locum habeat, *l. 1. §. 3. l. 2. ff. eod.* nec usquam de alio legitur. *Cz. p. 2. c. 10. d. 16.*

§. II.

Quem Imperator in Institutionibus suis, contractibus realibus subjicit, contractum verbalem, nos saltim quoad dissentanea intuebimur. Dissentanea ejus respiciunt tum materiam, *§. 1. 2. 3. J. d. inutil. stipul.* tum formam, *§. 5. eod.* tum denique causam efficientem. *§. 4. & 6. J. eod.* Ratione igitur causæ efficientis vitiatur stipulatio dupliciter, & primo quidem, quando quis alii, quam ei cujus juri subjectus est, aut alii quam ei, qui juri ipsius subjectus est, stipulatur, quia stipulationes ad hoc sunt inventæ, ut nobis, aut ei, cujus juri subjecti sumus, acquiramus. *§. 19. J. d. inut. stip. l. 38. §. 17. ff. d. V. O.* Ex quo porro fluit, secundum stipulationis vitium, quod circa causam efficientem contingit, sc. si a filiof. qui nobis subjectus est, stipulemur aliquid ex iis quæ nobis ex re nostra acquirit, *§. 6. Inst. d. inutil. stipul.*

ftipul. aut aliunde prospera fortuna ipsi pleno jure obvenerunt. *Ludwell. ad. d.* §. *6. J. eod.* Accedit, quod id, quod jam nostrum est, nobis denuo acquiri nequeat, §. *10. J. d. legat.* ne idem creditoris & debitoris vices sustinere possit. §. *32. J. d. leg. l. 116.* §. *1. ff. d. legat. 1. l. 56. ff. d. fidejuss. l. 16. ff. d. furt. l. 4. ff. d. Judic.*

§. III.

Vinculum familiæ contractus quoque consensuales agnoscunt, interque eos emtio atque venditio præcipue: nam etsi alias nemo invitus vendere cogatur ei, cui non vult, *l. 9. ff. rer. amot.* & propterea jus retractus gentilitii *l. 35. ff. d. minor.* favore familiæ introductum, per *l. 14. d. Contrab. Emt.* sublatum sit; attamen, quia necessitate & utilitate suadente, alicui vendendi necessitas sæpe imponitur, §. *2. J. d. bis qui sunt sui vel al. jur.* §. *4. J. d. donat.* & testatores heredibus bona extra familiam alienare nonnunquam prohibent; *l. 69.* §. *3. l. 88.* §. *15. d. legat. 2.* factum est, ut jus retractus gentilitii *d. l. 35.* introductum & per *l. 14. C. d. contrab. Emt.* abrogatum, universalis fere consvetudo postea, sine ulla iniquitatis specie, in usum revocaverit, & liberis res avitas a parentibus venditas, intra unius anni spacium, a quocunque revocandi licentiam indulserit; *Perez. in C. d. pact. int. Emt. & vend. n. 23.* maxime cum hæc consvetudo irrationabilis vocari nequeat, quæ sacris literis conformis est, *Lev. 24. v. 25.* & liberis subvenit, quibus vehementer dolet res avitas apud extraneos conspicere. *l. 22. C. d. administrat. tut. arg.* §. *1. J. per quas pers. cuiq. acq.* Nec eo minus liberis retrahendi facultas competit, quod exheredati sint, aut quod, quia parentibus successerunt, eorum factum præstare, *l. 14. C. d. Rei Vind.* & exceptione rei venditæ repelli debeant; *l. 3. pr. &* §. *1. ff. d. Except. Rei vend. & trad.* nam exheredatio hac in re liberis nihil officit, *l. 114.* §. *15. & 16. ff. d. leg. I. l. 10.* §. *2. ff. d. Bon. libert.* nec evictionis exceptio, quia jure proprio, non defuncti judicio, ad illa bona vocantur, *l. 31. C. d. Evict.* quæ a defuncto cum suo onere alienata esse intelliguntur, nisi parens venditor, rem a nemine retractum iri, promiserit; tum enim factum defuncti præstabunt. *Zasius d. Retractu. n. 54.*

§. IV.

§. IV.

Idem in locatione atque conductione attenditur; Quantum enim locationem facti ſimplicis, ſive operæ, attinet, liberi, qui in domo patris, more famulorum, operas quotidie præſtant, mercedem non inique poſtulant a patre, qui ipſorum bonis adventitiis, loco alimentorum, utitur fruitur ne, dum ipſis hanc denegamus, ſervi melioris fiant conditionis, quam ipſi liberi; Alias ſi bona non habeant, vel talia, quorum uſufructu pater non gaudet, iniqui fuerint, qui a patre ipſos gratias ſuſtentante, peterent mercedem. *Carpz. p. 1. c. 28. d. 31.* In locatione rei, eadem ratione conductor prædii urbani cedet locatoris liberis, qua locatori ipſi, ſi, ante finitum locationis tempus, ex aliqua ſuperveniente cauſa, domo ad proprios uſus indigeant, aut eam reficere velint. *Illuſtris Dn. Struvius Deciſ. Sabbath. Cap. 9. Dec. 19. Sichard. ad l. 3. C. d. locat. cond. num. 16.*

§. V.

Societas atque mandatum hoc ſpeciale habent: ut, licet liberi alias in omne jus, quodcunque vivi parentes habuerunt, *l. 24. ff. d. V. S. l. 59. l. 62. ff. d. R. J.* adeoque & in obligationes *l. 9. ff. d. probat. §. 6. J. d. locat. cond. §. 4. J. d. V. O. §. 2. J. d. fidejuſſ.* ſuccedant, quia ex perſona heredum obligationis conditio non immutatur, *l. 2. §. 2. ff. d. V. O.* ſocietas unius morte adeo ſolvatur, ut nec liberi in parentum locum ſuccedant, *§ 5. J. d. ſociet.* quia ei, qui ſocietatem contrahit & certam perſonam eligere ſibi ſolet, ea per mortem extincta, alia invito obtrudi non debet, *d. §. 5. l. 65. §. 9. ff. pro ſoc.* nec quis invitus ei ſocius effici, cui non vult. *d. l. 65. §. 11. pro ſoc.* Id quod & de mandati contractu recte aſſerimus, dum illum alterutro contrahentium mortuo intercidere, *§. 10. J. de mandat. l. 26. pr. l. 27. §. 3. l. 57. ff. eod.* nec, ſi ſuperſtes mandatarius impleverit, heredes defuncti actione mandati contraria teneri videmus; *d. l. 27. §. 3. d. l. 57. ff. eod.* niſi aliquando æquitas id fieri jubeat. *l. 26. pr. ff. eod. §. 10. J. eod.* Sed ſi pater mandet filio, ut aliquem interfi-

ciat, aut furtum atque injuriam faciat, quæritur, anne illud mandatum & parendi necessitas filium a pœna, quam incurrit, §. 7. *J. eod.* excuset? Et videri posset negativa sententia melior, propterea quod ejusmodi patris mandato filius morem gerere non debeat, quia Juri naturali Connato, *l. 3. ff. d. J. & J.* ac Revelato, *Gen. 9. c. 6. Ex. 20. c. 13. Lev. 24. c. 21. Num. 35. c. 16. Matth. 26. c. 52.* contrariatur & nemini ad impunitatem prodesse debet, cum Dei mandato magis, quam parentum obediendum sit. *Act. 4. c. 19. Act. 5. c. 29.* Attamen, quia in omni delicto, ut quis pœna ordinaria dignus sit, voluntas requiritur, *l. 53. pr. ff. de furt. l. 1. §. ff. ad Cornel. d. sicar.* & jura filio, quem, dum patris imperio obsequitur, velle non credunt, *l. 4. ff. d. R. J.* ignoscunt, existimo multo justius facere magistratum, qui in levioribus delictis liberos excusatos habet, *l. 2. §. 1. ff. d. nox. act. l. 11. §. 4. ff. d. his qui not. inf. l. 14. pr. ff. ad L. Corn. de fals. l. 10. §. 2. ff. d. his quæ ut ind. auf. l. 4. C. ad L. Jul. d. adult.* & in gravioribus pœnam ordinariam, alioquin commeritam, pro re nata mitigat. *l. 157. pr. ff. d. R. J. Cz. Pr. Crim. p. 1. q. 4. idem q. 18. n. 45. 46. & seqq.*

§. VI.

Ex quasi contractibus, qui veros subsequuntur & obligationem atque jus ad rem producunt, *pr. J. d. quas. contr.* negotiorum gestionem atque tutelam perlustrare volupe est. Notamus igitur quod, quia præter cætera requiritur, ut negotiorum gestor nos obliget, ipsius nos ad restituendum id, quod in utilitatem nostram expendit, obligandi intentio, parentes sumtus, circa personas liberorum factos, negotiorum gestorum actione repetere nequeant, utpote qui pietatis necessitudine ducti negotia nostra gessisse, & propter singularem affectionem sumtus illos donandi, neutiquam liberos obligandi animo fecisse præsumuntur. *l. 15. C. l. 34. ff. d neg. gest.* Cum enim ille, qui officium suum facit ad id, quod occasione illius expendit, nullam actionem habeat, *l. 5 C. eod. l. 18. ff. d oper. libert.* & legibus cautum sit ut, si mater velit heres esse filii tutores ipsi

pete-

petere teneatur: §. *6. J. d. SCt. Tertull.* ipsaque naturalis ratio liberos egenos alendi necessitatem parentibus imponat, *pr. J. d. J. N. G. C.* ipsosque, si non aluerint, pro infanticidis habeat. *l. 4. ff. d. agnosc. & al. lib.* Hinc jura non aliam conjecturam capere possunt, quam ut parentes, officii sui memores, sumtus illos paterno affectu incitati fecerint. *l. 1. l. 11. l. 15. C. d. neg. gest. l. 34. ff. eod. l. 5. §. 14. ff. d. agnosc. lib. Dn. Stryk. d. caut. contr. sect. 3. c. 1. §. 15.* Quod si tamen parentes ii, contra quos talis allegatur præsumtio, probare malint animum repetendi, aut quod super eo protestati sint, aut res filii administrent, aut in eas impensas fecerint, non negaverim ipsis refundi debere sumtus, cum casibus posterioribus cesset indigentia in persona filii accipientis, & tanta necessitas rerum conservandarum. *l. 11. C. l. 34. ff. d. neg. gest. Sichard. ad c. l. 11. C. n. 11.*

§. VII.

Cæterum obligatio ex quasi contractu tutelæ, inter parentes & liberos nata, parentes fœminini sexus concernit, utpote quos omnia onera, inventarii confectionem f. rationum redditionem, doli, latæ ac levis culpæ præstationem, quæ extraneis incumbunt, sustinere superius tradidi. *l. 1. pr. ff. l. 18. ff. d. tutel. & rat. distrah. l. 23. C. d. administr. tut. l. 7. l. 9. C. arb. tut. l. 2. C. si tut. vel cur. non gess.* Nam si patrem, legitimum filii tutorem, ex quasi contractu obligari assererem, concedere quoque me oporteret ipsum non minus ac extraneos dictis oneribus esse obnoxium, & ipsum sibimet ipsi posse obligari, *l. 4. ff. d. judic.* ex uno namque inconvenienti plura sequi communiter perhibent. Quemadmodum autem pater filio tutelæ condemnari non potest, sic nec honorarius patri adjunctus tutor. Utut enim illum mater ea mente adjunxerit patri, ut quomodo in administratione rerum filii se gerat, ille assidue observet, & si eum male versari deprehenderit, suspectum faciat, atque a tutela removeri curet, adeo ut, ni ipse hoc fecerit, suo periculo cesset. *l. 3. §. 2. ff. d. administr. &*

per. tut. Attamen excusatum merito habemus tutorem honorarium, qui patrem suspectum libenter postulaturus fuisset, nisi pater tutor, & fuisset pater, & legitimus administrator atque usufructuarius omnium bonorum filii adventitiorum: qua enim pater est, & ut usufructuarius consideratur, plus juris pater habet & in persona & bonis filii, quam alius tutor in re & persona pupilli, & hinc etiam meliori frui debet conditione; neque etiam æquum fuisset patri administrationem præripere, eumque in suo jure turbare, cujus fidei & personam pupilli & res jura concredunt. *l. 22. ff. ad L. J. d. Adult. l. 1. C. d. Bon. Mat. Consil. Altorff. 1. & 120.* Quod si vero dolo aliquid egerit pater, & propterea meruerit remotionem, honorius autem eum suspectum facere cessaverit, quin tum in subsidium teneatur honorarius, excussis prius patris administratoris, ejusque fidejussorum ac magistratus, qui non idonee caveri passus est, facultatibus, ob *l. 3. §. 2. l. 39. §. 11. ff. d. administr. & peric. tut. l. 1. §. 15. d. Tut. & rat. distr.* non refragamur. *Wesenb. par. ff. d. administr. & peric. tut. n. 5. & 8.*

§. VIII.

Cognito & perspecto vinculo familiæ ratione juris ad rem, ex facto hominis licito, oriundi, considerabimus nunc idem vinculum, promissi memores, quoad factum illicitum sive delictum, & quia illud vel privatum est vel publicum, ac privatum potissimum ablatione rei contingit, per furtum, aut personæ contumelia, per injuriam, furtum prius videbimus. Itaque si liberi parentibus aliquid subtrahunt, etsi revera & inspecta naturali veritate furtum committant, *§. 1. J. d. obl. quæ ex del. nasc.* remque subtractam furti vitio contaminent, ut propterea, ad usucapiendum reddatur inepta, *§. 12. J. eod. §. 8. J. de usucap.* Attamen jus civile (cui actionum originem adscribit *Ludwell. Ex. 16. th. 1. lit. C. obl. 2. §. 6 ff. d. O. J. §. 3. J. d. act. pr. J. d. perpet. & temp. act.* Juri N. hac in re detrahit, &, quia parentes & liberos pro una eademque persona habet, in bonis

bonis non castrensibus, *l. 11. C. d. Impub. & Al. Subst. §. 6. J. d. inutil. stipul.* secus ergo erit in bonis castrensibus, *l. 2. ff. SCt. Maced. l. 7. §. 1. C. eod. l. 52. §. 5. & 6. ff. d. furt.* ob vinculum illud familiæ nullam inter ipsos admittit actionem. *l. 4. ff. d. judic.* tum quia parentes adversus se ipsos agere videntur, *l. 16. ff. d. furt.* & fama ipsorum atque liberorum periclitatur; *§. 2. J. d. pœn. tom. litig. l. 11. §. 1. ff. d. dol. mal. arg. l. 22. §. 4. C. d. furt. l. 2. ff. rer. amor.* tum quia ipsimet parentes, concesso sibi potestatis jure, hanc liberorum malitiam satis coercere possunt. *l. 4. C. d. P. P. l. 17. pr. ff. d. furt. Habn. ad Wes. d. furt. n. 8.* Quin imo, si parentes hoc liberorum delictum vindicare dubitent, Judici ex officio inquirere non licet, & graviore pœna fures domesticos afficere. *l. 11. §. 1. ff. d. pœn. ibique Brunnem. n. 2. Schneidewin. ad §. 12. J. d. furt. Cz. Pr. Crim. p. 2. q. 82. n. 39. Joh. Sal. Faust. d. Crimin. c. 9. p. m. 62.*

§. IX.

Injuriarum crimen committunt personæ vel in familia constitutæ in se invicem, vel extraneæ in illas. Quando liberi parentum personas, quas, propter educationem & innumera alia beneficia, veneratione affectuque benevolo prosequi deberent, injuriis & maledictis lacessunt, aut impia manu percutiunt, contra præceptum divinum & leges humanas enorme committunt flagitium, severoque Dei judicio se audacter exponunt Majestatisque civilis vindictam in se provocant. Deus enim hanc impietatem adeo aversatur, ut, præter pœnam capitalem, quam Judæis ipse statuit; *Exod. 21. c. 15. Lev. 29. c. 9.* permittat, ut a liberis suis idem delictum ejusmodi degener filius expectare habeat; id quod exempla apud Historiographos innumera comprobant, & memorabile illud, quod in præfectura Jenensi *Anno 1683. Mense Februario* contigit, quando filia quædam realibus ac verbalibus affecerat injuriis patrem, qui & ipse patrem suum colapho quondam exceperat & lapidibus matrem petierat. *d. 17. Julii Anno 1620.* Magistratus vero, qui in his terris Dei vices gerit gravissime in tale delictum animad-

madvertit. §. *9. J. d. injur. l. 7. §. 8. ff. eod. l. 28. §. 8. ff. d. Pæn. L 1. pr. §. 1. ff d. obs. par. & pat. præst.* sive eo nomine fuerit imploratus, sive non, idque fustigatione, relegatione, stigmate & carcere, manus amputatione pro modo admissi, quemadmodum *JCti Jenenses* in casu memorato, eandem pœnam relegationis dictitarunt filiæ, qua olim plectendus erat pater injuriatus; In Principatu Anhaltino eadem pœna amputationis manus, relegationis ac stigmatis, atrox illud delictum manet, *ex Constitutione Serenissimi Principis Anhaltini hanc in rem promulgata:* Wir Johann George von Gottes Gnaden, Fürst zu Anhalt, Graf zu Ascanien, Herr zu Zerbst und Bernburg ꝛc. Der Chur und Marck Brandenburg verordneter Stadthalter und General-Feld-Marschall ꝛc. Fügen Unsern sämbtlichen Unterthanen und Einwohnern hiermit gnädigst zu wissen, daß wir mit höchsten Unwillen biß daher vernehmen müssen, was massen, die ruchlose Boßheit und Ungehorsam der Kinder, gegen ihre Eltern dermassen überhand genommen, daß dieselbe nicht allein allen Kindlichen Respect und schuldige Pflicht, offters aus den Augen gesetzet, sondern noch darzu mit unverantwortlichen Schelt- und Schmäh-Worten ihnen begegnet, und wohl gar thätlich an sie vergriffen, und Hand anzulegen sich unterstanden haben sollen. Wann dann nun solchen Sündlichen und groben Beginnen nicht nachzusehen, sondern dergleichen schweren Verbrechen vermittelst ernster Ahndung nothwendig zu begegnen und zu steuren ist; Als werden hiermit so wohl die Eltern ihres obliegenden Ambts erinnert, und daß sie die Ihrigen zur Gottesfurcht von Jugend auf anweisen, ermahnet, als auch die Kinder insonderheit verwarnet, gegen ihre Eltern, denen sie, nechst GOtt, ihr zeitliches Leben, und mühsame Auferziehung zu dancken haben, weder mit Worten, noch einiger Thätlichkeit, sich freventlich zu bezeugen, sondern denenselben alle schuldige Ehrerbietigkeit und Gehorsam erweisen. Dafern aber iemands, daß er an seine leibliche Eltern die Hand geleget, und sie damit oder sonsten geschlagen, überwiesen würde, So soll derselbe, andern zum Beyspiel, mit Abhauung

ung der Hand bestraffet, und des Landes ewig verwiesen werden, die andern aber, so ihre Eltern mit Schelt-Worten, oder sonst übel, tractiren, sollen nach denen Umbständen, mit Landesverweisung, Brandmahl oder sonsten exemplariter gestrafft werden. Und weiln auch theils Eltern, so thorhafft und unbesonnen seynd, daß sie die, von denen Kindern an ihnen verübte Gewaltthaten, entweder selbst verhehlen, oder da sie gleich solche lautbahr gemacht, hernach wieder zu leugnen und zu unterdrücken suchen, dadurch dann die Ihrigen in solcher Gottlosigkeit nur gestärcket, und die Obrigkeitliche Administrirung der Justiz hintergangen wird; So wird gleichfalls denen Eltern hiemit nachdrücklich angedeutet, daß sie in Erwegung, der ihnen, durch solches Stillschweigen, zu wachsenden schwehren Verantwortung, zu solchen sündhafften Wesen ihrer Kinder, nicht durch die Finger sehen, sondern dergleichen vorfallende excesse, und intentirte gewaltsame Widersetzlichkeiten gerichtlich anzeigen, oder im Fall solche, von ihnen verhälete und dissimulirte Verbrechen, hernach an den Tag kommen würden, der Uns vorbehaltenen ernsten Bestraffung gewärtig seyn sollen. Damit nun ein iedweder seiner hierunter versirenden, und ohne das in GOttes Gesetze genugsam eingeschärften Schuldigkeit, wohl nach kommen möge. Als haben wir dieses Pœnal Mandat in allen Gemeinden Unsers Fürstl. Antheils öffentlich von denen Cantzeln zu verlesen gnädigst verordnet, auch solches mit Unsern Fürstl. Cammer-Secret und eigenhändiger Unterschrifft bekräfftiget. Datum Cölln an der Spree am 12. Januarii 1682. Sed per hanc pœnam, magistratus patri non præjudicat, quo minus ipse filium a bonis suis excludere & exheredare queat. *N. 115. c. 3. Dn. Stryck. de Jur. sens. D. 7. c. 5. n. 7.* Neque ab exheredatione liberum puto & excusatum habeo filium, qui alium ferire cogitans, patrem percutit, quia obligatio ex ipsa re nascitur, *pr. J. d. oblig. quæ ex del. nasc.* atque adeo materiale delicti adest, licet circa individuum erret, ut & formale, animus injuriandi, *l. 18. §. 3. ff. d. injur.* ex quo injuria æstimatur. *l. 3. §. 1. ff. eod.*

eod. Cæterum Parentes non posse a liberis injuriarum conveniri indubitatum est, qui jure patriæ potestatis, severis verbis ac verberibus liberos castigarunt, quos blandis ad virtutem verbis flectere non potuerunt, quia emendandi animus potius, quam injuriandi inde apparet, *l. 16. §. 2. ff. d. pœn. l. 3. C. d. P. P. l. un. C. d. emend. prop.* & quia nulla alia, ita nec hæc, liberis adversus parentes reddi debet actio, *l. 4. ff d. judic. l. 16. ff d. furt.* etiamsi atrociter castigati sint. *l. 7. §. 3. ff. d. injur.* Quod si vero verbis injuriosis potestate sua paululum abutantur, limitesque emendationis transscendere videantur, anne licebit liberis retorsione sibi consulere? quod itidem negamus cum *Brunnemanno ad L. 7. ff. d. injur.* etsi non improbemus eorum sententiam, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendi potestatem adversus parentes, qui latronum more liberos aggrediuntur, concedunt liberis, quando in dubio vitæ discrimine constituti, nullo modo, neque deprecando, neque fugiendo, neque verbera declinando, perniciosum patris propositum avertere queunt, sed aut mori aut interficere patrem necesse habent: famæ enim & vitæ hoc casu non est eadem ratio, siquidem illius damnum, si quod senserunt, per magistratum restitui potest, sed non hujus, quæ semel amissa irreparabilis est. Accedit quod pater, qui potestatem suam atrocitate mavult, quam pietate exercere, abjecto dulci patris nomine, latronis personam induat, *l. 5. ff. ad L. Pompej. d. Parricid.* atque adeo a filio perinde, ac alius latro, impune occidatur, *§. 2. J. d. L. Aquil. l. 3. ff. d. J. & J. l. 4. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 5. pr. eod. ibi: quemcunque l. 2. ibi quemcunque l. 3. C. ad L. Corn. d. sicar. Theodoric. Colleg. Crim. Cap. XI. n. 63. Dn. Struv. d. Vindict. priv. c. 4. a. 4. n. 3.* Et hinc videmus cur *Hippolitus d. Marsiliis Pr. Crim. §. aggredior n. 79.* patrem, qui filium justa ira incensus castigavit, eumque propterea, quod illata verbera referre ausus sit, occidit, parricidii pœna plectendum esse neget.

§. X.

§. X.

Quando extraneæ personæ uni de familia injuriam inferunt, ipse familiæ princeps eam pati videtur, *§. 2. J. l. 1. §. 3. ff. d. injur.* & eam non tantum suo sed & liberorum nomine, injuriarum actione vindicare potest: *d. §. 2. l. 1. §. 5. l. 18. §. 2. l. 41. ff. d. injur.* quia non solum pater per existimationem liberorum propriam injuriam pati intelligitur, *l. 2. C. d. injur.* sed & ad officium ejus pertinet liberos tueri, maculatamque illorum existimationem purgare. *l. 17. §. 18. ff. d. injur. l. 3. §. 11. ff. d. hom. lib. exhib.* Qua actione etiam uti potest, postquam liberi injuriati defuncti sunt, *Berlich. p. 5. concl. 70. n. 9.* aut ipsi egerunt *l. c. §. 9. ff. d. injur.* aut actionem remiserunt, quia peculiaris patri actio competit, *l. 1. §. 3. ff. d. injur. l. 39. §. 4. ff. d. procur.* quod confirmat responsum Dn. JCtorum Wittenbergensium in causa **Johann Glassens, und Christoff Andreas Schillingen, zu Sandersleben.** datum Anno 1683. mense Septembri hisce formalibus: P. P. So viel Klägers Sohn anlanget, weil Beklagter denselben, abwesend und ohne gegebene Ursach, mit in die Zanckerey eingemenget, und ihn mit injuriösischen, Worten angegriffen, ist er dessen Vater, **als welcher die eingegebene Klage allein unterschrieben,** eine Ehren-Erklährung zu thun, billig anzuhalten. V. R. W. Extra judicium quoque, retorsionis remedio, patri vindicare licet filio illatam injuriam, *Dn. Struv. d. vind. Priv. c. 10. a. 7. n. 4.* eosque, qui liberos aggrediuntur, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ interficere: *arg. l. 8. ff. quod met. caus. l. 220. ff. d. V. S. l. 15. ff. d. inoff. testam.* quia injuria uni facta, alteri facta, adeoque proprii corporis tutelam gessisse videtur. *Theodoric. Coll. Crim. c. 11. n. 65.* Sed liberis, quia per parentes injuriam non patiuntur, eas ulcisci non est integrum, quæ parentibus illatæ sunt, quia hoc specialiter parentibus concessum est, adeoque in consequentias non trahendum, *arg. l. 14. ff. d. LL. Philipp. Usupr. Instit. lib. 4. t. 4. Eclog. 29. n. 18.* nisi si defuncti patris v. c. violetur sepulchrum, illique propterea actione injuriarum aut de sepulchro violato, *l. 8. ff. d. Religios. l. 1. §. 4. & 6. l. 27. ff. d. injur. Hahn.*

ad Wef. d. Religiof. n. 4. Idem d. injur. n. 6. aut mandatario nomine agere velint.

§. XI.

Delicta publica, (de quibus tamen hic folum ob Affinitatem, quam cum privatis habent, agimus; licet ex Jure ad rem non proficifcantur, nec privati juris fint,) funt vel fecundum quid talia vel abfolute & fimpliciter. Illius generis, quæ & extraordinariorum nomine communiter veniunt, fpecies eft crimen Receptionis, cujus rei fiunt illi, qui maleficos fcienter recipiunt, occultant, & cum apprehendere potuiffent vel indicare, eos dimittunt, eumque, qui ipfos quærere fatagit, prohibent; quare, propter derivatam in fefe fceleris perpetrati fufpicionem & confcientiam, eadem, qua ipfi malefici, pœna digni judicantur; *l. 1. ff. d. receptat.* nifi receperint liberos aut parentes: his enim intuitu affectionis fingularis, qui pro tuendis fuis confilium capiunt, ipforumque fanguinem ita redimere laborant: jura ignofcunt; *l. 1. ff. d. Bon. eor. qui ant. fent. mort. fib. L. 22. ff. ad. L. Jul. d. Adulter.* ordinariamque, in receptatores ftatutam, pœnam clementer remittunt. *l. 2. ff. d. Recept. Gail. d. Pac. Publ. c. 10. n. 19.* Quemadmodum nec ille fubditus inobedientiæ, erga magiftratum commiffæ, accufari aut juramento aliquo gravari poteft, qui ab ipfo requifitus, parentes vel liberos, de crimine aliquo fufpectos, perfequi vel indicare veretur, etfi vel maxime Reipubl. interfit, de maleficis commerita fumi fupplicia, *l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.* fiquidem parentum affectioni in jure multum indulgetur, *l. 4. §. 15. ff. de Re Milit.* iique propterea adverfus liberos teftimonium dare non tenentur, *l. 6. C. d. teftib.* ne, dum perjurium evitant, ipfi liberos ad fupplicia offerant, *l. 13. §. 6. ff. d. Re milit. Zanger. in tract. d. quæft. & tort. c. 2. n. 131.* atque ita fuæ familiæ dignitati, per irrogationem ignominiofi fupplicii, aliquid labis adfpergant.

§. XII.

Delicta publica abfolute & fimpliciter talia quando examinare inftituo, incipiendum mihi erit a crimine Perduellionis, quod

quod adverſus rempubl. aut ejus ſecuritatem committitur. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* Illud enim quo gravius & enormius eſt, eo duriore pœna ac ſupplicio debuit coerceri; Qua de cauſa, etſi regulariter pæna, ordinaria gravior, perſonam delinquentis non transgrediatur, *§. 6. J. d. J. N. G. C. l. 22. C. d. pœn. l. 26. ff. eod. l. 1. C. d. liber. cauſ.* quia tamen tralatitium eſt, liberorum ſalutem parentibus majori curæ cordique eſſe, ac pro affectu ſuo gravius terreri. *l. 8. §. 5. ff. quod met. cauſ.* liberosque ut plurimum patriſſare ac paternæ mortis eſſe vindices, juxta illud *Mantuan. lib. 1. Sylvar.*

Qui viret in foliis venit ab radicibus humor
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Imperatores liberos, maſculini ſexus, qui nihil meruerunt, pœna aliqua teneri, omnisque dignitatis, propter infamiam patris, indignos ac hereditatis incapaces eſſe juſſerunt, *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majeſt.* contra *l. 7. ff. d. Bon. damnat.* ſed filias ex bonis condemnatæ matris, Falcidiam capere permiſerunt, in quibus propter ſexus infirmitatem ceſſare credebatur imminentis vindictæ metus atque ſuſpicio. *d. l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Majeſt. Aur. Bull. c. 24. ubi G. Theodor.* Dietrich *verb. metuuntur.*

§. XIII.

Perduellionis crimini vicinum eſt adulterium, quod qui committunt, illi improba alieni partus ſubſtitutione ac ſcelerata ſeminis commixtione, Reipublicæ ſeminarium turbant, ſordidæque ſtirpis furtiva inſitione ordinum atque familiarum dignitatem lædunt. *l. 1. §. 13. ff. d. vent. inſpic. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. 5. C. ad SCt. Orphit. l. 30. C. ad L. Jul. d. Adult. l. 9. C. d. quæſt.* Hinc quia publice intereſt, delictum ejusmodi exterminari, cuivis de populo data accuſandi licentia, poſt maritum ſcil. atque parentem, intra conſtituta tempora. *l. 4. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult.* Patrem enim ideo jura præculerunt extraneis, quod hic propenſiore ira majoreque dolore accuſationem exequi videatur. *l. 30. C. eod.* quippe qui conceſſa gaudet

poteſtate filiam cum adultero, in ipſa turpitudine, domi ſuæ, generive deprehenſam occidendi *l. 20. l. 22. §. 2. l. 23. pr. & §. 2. ff. eod. l. 4. C. eod.* quia gravius delinquit, dum adulterum in patris domum inducere non erubuit filia. Vinculum familiæ circa reliqua delicta carnis id operatur, ut, quia parentes & liberi una caro ſunt, ſi coierint inceſtum commiſiſſe, & capitalis criminis rei fieri dicantur. *Lev. 18. v. 17. Stephan. ad Conſtit. Car. V. Criminal. art. 117. §. 1. J. d. Nupt.* illamque pœnam ne quidem ceſſare faciat ſuperveniens conjugis interceſſio, quia hic adulterium non conſideratur, ſed inceſtus. *Cz. p. 2. q. 72. n. 36. Richt. v. 2. Conſ. 160. n. 11. Dn. Struvius in Comm. ad Decret. lib. 5. T. 12 obſ. 6.* Præterea huc referri poteſt lenocinium, quod parentes committunt, turpis quæſtus & lucri cauſa liberos proſtituentes, quos tamen bonis imbuere moribus debebant, & incurrunt pœnam capitalem, *l. 1. §. 2. d. Extraord. Crimin. Conſtit. Carol. Art. 122. Cz. Pr. Crim. p. 2. q. 71. n. 2. 3.* a qua parentes neutiquam relevat famis neceſſitas, quia pauperitatis obtentu turpiſſimam vitam eligere non debuerunt. *l. 43. §. 5. ff. d. Rit. Nupt.*

§. XIV.

Supereſt adhuc unum delictum, antea inauditum, patricidium ſcil. & infanticidium, circa cujus coercitionem ſingulariter attenditur Vinculum familiæ. Nam cum olim de variis criminibus variæ conderentur LL. hujus mentionem facere vel ideo dubitaverunt LLatores, quod crederent neminem ſub ſole vivere, qui in parentes tale quid perpetraturus eſſet. Poſtquam autem animadverterunt, nihil eſſe tam ſanctum, quod non violet aliquando petulantia, *arg. §. 10. I. d. R. Diviſ.* & non ſufficere Legis Corneliæ de ſicariis pœnam, peculiari Lege, Pompeja, parricidis & infanticidis, novum idque horrendum ſupplicium conſtitutum eſt, ſcilicet, ut delinquens culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera atque ſimia, inſuatur, inſutusque in flumen vicinum projiciatur; aut ſi in loco executionis fluminis copia haberi nequit, cruri fragio

gio alicubi plecti debet, ut hos pœnæ magnitudo in officio contineret, quos pietas cohibere nequit. §. *6. J d. Publ. judic.* Neque etiam venia datur illi, qui parricidium tantum conatus eſt, venenum nempe emendo, *l. 1. ff. ad L. Pompej. d. parricid.* neque illi, qui naturalem tantum parentem occidit, quia & naturale vinculum ſanguinis & cognationis inter eos exiſtit. *Hanedæſ. Ex. Imp. 30. q. 22.* Illud extra dubium eſt, parricidii pœna non minus puniri, qui illud alteri mandat data pecunia, quam qui ipſe illud perficit, *Cz. p. 4. c. 6. d. 9.* tum quia gravius delictum, in concurſu minus abſorbet, tum etiam quia extranei, qui pecuniam ad committendum parricidium tantum crediderunt, hac pœna tenentur, quanto igitur magis ille tenebitur, qui in familia illius interfecti eſt conſtitutus, *l 6. ff. ad L. Pompej. d. parricid.* neque hos ulla tuetur præſcriptionis exceptio, quia hoc crimen gravioribus illis annumeratur, quibus præſcribi poſſe negant magni nominis JCti; *l. 10. ff. eod. ibique Brunnem.* excuſat tamen ipſos omnino furor & fati infelicitas *l. 9. §. 2. ff. eod.* quo ſic ſatis puniuntur. *l. 14. ff. d. off. Præſ. l. 12. ff. d. ſicar. l. 3. §. 1. ff. d. injur. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* quia dolo carent, qui tamen requiritur. *l. 40. ff. d. R J. §. 8. J. d. inutil. ſtipul.* Sed infanticidas matres *Imperator Carolus V. menſi ſua Art. 131.* peculiari proſecutus eſt pœna, ut vivæ defodiantur & peracuto ſtipite transfigantur eo nimirum caſu, quo hoc delictum frequentatur, & ideo exemplum ſtatui debet, alias enim eam adhiberi parcius juſſit, propter metuendam animæ ac corporis jacturam. Infanticidio fere ſimilis eſt infantum expoſitio, crimen a pietate paterna adeo alienum, ut dubites an a beſtia admitti poſſit, *N. 153. præf.* & an digne ſatis coerceri. Nemeſis quidem Carolina *Art. 132.* expoſitrices arbitrariæ Judicis animadverſioni addicit, ſi infans expoſitus vivus reperiatur, ſed ſi fame perierit capitali pœnæ; quæ conſtitutionis verba poſteriora *Matth. Weſenbecius in parat. ff. ad L. Cornel. d. ſicar. n. 14. & obſervator Hahnius* de doloſa & ea mente facta expoſitione, ut intereat, & quam eventus ſecutus eſt, merito accipiunt.

piunt. Quod si vero eventus non sequatur, aut expositus ea intentione infans, ut a prætereuntibus tollatur & educetur, inedita vel frigoris inclementia pereat, quia expositio illa dolosa non est, extraordinaria pœna fustigationis ac relegationis dignam expositricem opinatur *Dan. Clasen. ad Constit. Criminal. art. 132.*

§. XV.

Tandem succedit crimen raptus, qui committitur, quando quis virginem honestam sub patria potestate constitutam per vim abducit, atque ultimo supplicio punitur, *l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de V. Publ. l. un. C. d. Rapt. Virg. Ord. Crimin. art. 118.* eique pœnæ locus est, etiam consentiente abducta. Cum enim illa vis non solum raptam concernat, sed & parentes, quibus invitis ac nescientibus, wider ihr Wissen und Willen, filia rapitur, hinc jura eam tamdiu præsumunt blandis verbis allectam, artibusque odiosis circumventam, donec raptor aliud evidenter doceat & probet, raptam sponte consensisse in abitum, *Perez. in d. C. Raptu virg. Theodor. Colleg. Crim. c. 6. a. 8. lit. D. n. 6.* aut sponsalia de futuro clandestina præcesserint raptum, *c. 6. X. de rapt.* tum enim etsi vel maxime parentes dissentiant, capitaliter non punitur, sed arbitrarie: quod ita observari hodienum attestatur *Illustris Dn. Præses in Anal. ad Dessel. Erot. lib. 5. tit. 17. q. 2.* cujus assertioni insuper, ut de ea nemo dubitandi causam habeat, *Amplissimæ Facultatis juridicæ Jenensis* sententiam annectere lubet, quam *contra Julius* Ohmen zu Sandersleben *Mense Septembri currentis anni 1691.* tulit, in qua nonnulla ad priora spectantia continentur:

P. P. Obwohl Julius Ohme, daß er sich mit M. S. K. heimlich verlobet, einen Eydschwur gethan, und der Meynung nebst ihr davon gangen, sich anderswo mit ihr trauen und copuliren zu lassen, womit er unrecht und bößlich gehandelt, also daß er deshalber in die Inquisition gerathen, und seines unverantwortlichen Beginnens halber, eine harte Straffe verdienet; Dieweil aber dennoch sein Verbrechen vor eine Entführung oder pro raptu eigent-

eigentlich nicht zu achten, auch aus denen Actis und der Zeugen Aussage sich befindet, daß die M. S. K. ihm nicht wenig Anleitung darzu gegeben, sich auch gegen ihn verschwohren, und selbst zu dem Priester gangen, und ihn gebethen, Sie mit Julius Ohmen, und wenn es auch nur gleich auf der Pfarr und also nicht öffentlich geschehe, zu trauen und zu copuliren; iedoch daß es darzu würcklich nicht gediehen, er auch von Lieut. K. und den bey sich habenden Schu-Knecht übel tractiret, und von Junio lauffenden Jahres an bis dato in Gefängnis behalten worden; So ist billig, daß in Ansehung dessen, was Ohme bereits erlitten, er ferner mit einiger Straffe nicht angesehen werde. V. R. W. Interim tamen indulgendum non est liberorum malitiis, qui parentes tam parvi fecerunt, ut citra eorum consensum matrimonio sibi personas copulare putaverint, sed arbitrariam pœnam merito sustinere debent, ne impunitatis spe allecti alii idem conentur, quod attenderunt etiam præfati JCti eadem sententia, quando pœnam carceris ei dictarunt, quæ cum amatore abiverat: Weil auch M. S. K. Ohmen zu der vorgegangenen Verführung Anlaß gegeben, liederlich geschwohren, sich ohne ihrer Eltern Willen mit dem Kerl verbunden, und die Vollenziehung bey dem Priester sollicitiret, also sich in vielen Stücken ärgerlich erwiesen, als ist sie nicht unbillich auf 3. Wochen lang mit Gefängnis zu bestraffen. Quod si vero matrimonium consummaverint raptor & rapta, non ordinariæ sed mitiori pœnæ locus est, *Illustr. Dn. Praes. c. l.* quemadmodum in tali casu abitionem ex territorio ad annum, die Gerichts-Räumung, talibus dictatam meminit *Dn. Struv. ad Tit. X. d. Rapt. obs. 1.* His igitur missis ad alia me accingo.

CAP.

CAP. V.
Vinculum familiæ quoad Actiones.

§. I.

Cum lege publica privatis interdictum ſit, ne ſibi ipſis jus dicant ac privata, quod ſibi debetur, occupent autoritate, ſed, ſi quas ſibi putent eſſe actiones in judiciis intentent, atque ita ſuum legitimo modo perſequantur, *l 13. ff. quod met. cauſ. §. 1. I. vi bon. rapt. l. 7. C. und. vi. pr. I. d. action.* ut evitetur majoris tumultus faciendi occaſio. *l. 176. pr. ff. d. R. J.* Hinc quid ratione judiciorum & in ea deductarum actionum valeat familiæ vinculum, paululum inquirere animus eſt. Judicia autem, quæ in privata ac publica diſpeſcuntur, conſtituunt perſonæ principales, Actor, Reus & Judex, *l. 62. ff. d. Judic. t. t. I. d. off. judic. l. 13. l. 14. ff. d. Judic. l. 13. §. 2. C. eod.* ac minus Principales, *t. t. ff. & C. d. poſtul. d. procur. t. t. J. per quas perſ. ager. poſſ.* Perſonæ principales quia legitimam perſonam ſtandi in judicio habere debent, i. e. ut experiri ac conveniri non prohibeantur, non ſunt filiif., adverſus parentes, quorum in poteſtate ſunt, acturi, aut ab his conveniendi, quamdiu vinculo poteſtatis patriæ colligantur; *l. 4. ff. d. Judic. l. 7. ff. d. obl. & act. l. 16. ff. d. furt.* Sed ſi ipſis controverſiæ quid cum extraneis intercedat, neutiquam prohibentur agere aut conveniri, quia, ut quisque alius paterf. ex omnibus cauſis obligari & agere ac conveniri poteſt, ſic & illi; *§. 9. I. d inutilib. ſtipul. §. 7. I. d. noxal. act. l. 39. ff. d. O. & A. l. 57. ff. de judic.* quanquam pro diverſitate peculii adventitii filiif. conſenſum patris ſui requirere debeant, aut huic ſuum accommodare teneantur. *l. 8. §. 3. C. d. Bon. quæ lib.* Ratione enim peculii profectitii ſolus pater agit & convenitur, niſi patri abſenti agendi ac reſpondendi non ſuppetat facultas, *l. 18 §. 1. ff. d. judic.* quo caſu favore abſentis admittitur filius. *arg. §. 1. I. d. obl. quæ ex quaſ. Contract. naſ.*

§. II.

§. II.

Perſonam judicis quod concernit, illa habilis eſſe debet, & nulla quoad cauſam, quæ coram ſe ventilabitur, & ab initio & in litis progreſſu, *l. 17. ff. d. judic.* laborare ſuſpicione, alias partes eum impune recuſant, quippe cum grave ſit coram ſuſpecto judice litigare, *l. 39. X. d. off. & pot. jud. deleg.* quem ab omni alias ſuſpicione liberum eſſe debere ipſa naturalis ratio dictitat. *c. 41. X. d. appellat.* Quare judex ſuſpicionis argui non tantum poteſt, ſi cauſa ad eum ſpectat, ſed & ſi ad liberos ſuos pertinet, qui alterutrius litigantium, actoris & rei, vices ſuſtinent: *l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* tum enim, quia ob incredibilem in liberos affectionem præſumitur, aliter ac legibus cautum eſt, & contra jus alterius litigantis judicare velle, ab officio judicis, quoad hanc cauſam, ſuſpenditur; *l. 10. ff. d. Juriſd.* niſi altera pars omiſſa recuſationis exceptione expreſſe, aut Litem conteſtando, in eum conſentiat. *l. 77. l. 78. ff. d. Judic. l. 6. ff. d. Recept. arbit.* Idque in criminalibus, quæ in proceſſu ordinario & inquiſitorio agitantur, tanto magis obtinet, quanto majus ibi ſubeſt periculum & vindictæ privatæ ſtudium; quando enim quis in liberos alicujus aliquid committit, quia ipſum patrem offenſio contingit, ipſe omnes eo intendet vires, ut illatam ſibi per liberos injuriam condigne ulciſcatur. Ut ne igitur eum inimico patri committamus, quem lædere exoptat, *c. 15. c. 3. q. 5.* & judicare quemquam in propria cauſa permittamus, juſtius atque tutius judicandi munus patri interdicimus, quod & provide attendit *Inclyta Facultas Juridica in Academia Salana, quando menſe Julio currentis anni 1691.* verſus Sanderslebiam *in cauſa Julii* Ohmen, quem propter raptum fœminæ parens ad judicium, cui ipſe quodammodo præerat, remitti petebat, reſpondit: quod reſponſum, quia quædam continet, quibus omiſſis vitiaretur, integrum ita habet: P. P. Demnach ſprechen wir vor recht, ob wohl der zwiſchen Lieut Knochens Tochter und Julius Ohmen, gegen einander geleiſtete Eyd in der Micranderiſchen Jurisdiction vorgenommen

und abgeschwohren, und also das Verbrechen der heimlichen Verlöbnis allda geschehen seyn soll, er auch auf das, von der Fürstl. Anhalt. Regierung sub dato den 10. Junii laufenden Jahres ausgelassenes, fol. 4. befindliches Rescript, daß die Abfolgung gegen Ertheilung eines reverses nicht difficultiret werden möge, sich beziehet, dahero es scheinet, es wäre Julius Ohme denen Micranderischen Gerichten auszuliefern, und daselbst in der Sache zu cognosciren. Dennoch aber und dieweil nicht so wohl wegen des heimlichen Verlöbnisses, als der Verführung halber, die Inquisition angestellet, selbige auch in dem Fürstl. Anhalt. Territorio geschehen, beyderseits Personen allda betreten, Ohme von dem Ambt ergriffen und zur Hafft bracht worden, und keine Obrigkeit des Orths, wo ein Delinquent apprehendiret wird, selbigen an andere Gerichte auszuliefern, wieder ihren Willen, oder da sonsten nicht gewisse pacta zwischen denen Gerichten obhanden weren, gehalten, auch das angezogene Rescript sub dato d. 10. Junii a. c. Die Auslieferung nicht eben blosser Dinge bewilliget, **vielmehr solche vor bedencklich hält, und die Beysorge träget, ob möchte der Lieut. Knoch den Gefangenen aus Rachgierigkeit übel halten: über dieses auch bekanten Rechtens ist, daß niemand in seiner oder die Seinigen angehender Sache Richters Stelle vertreten mag**, und mehrgedachte Fürstl. Regierung, nach dem derselben die Sache mit ihren Umständen vorgestellet, ein anders, und daß die Micranderischen Gerichte sich hierunter der cognition nicht anmassen könten, fol. 38. rescribiret: Als erscheinet allenthalben so viel, daß Julius Ohme denen Micranderischen Gerichten nicht auszuliefern, Sondern das Fürstl. Anhalt. Ambt zu Sandersleben in dieser Sache mit der Inquisition zu verfahren, und zu cognosciren befugt sey. V. R. W. Cæterum vinculum familiæ non prohibet, quo minus filiusf. judicis munere fungatur, *l. 12. §. ult. ff. d. judic.* cum in causis publicis ut paterf. consideretur. *l. 9. ff. d. his qui sui vel al. Jur. pr. J. qui testam. tut. dar. poss.* usque adeo, ut

ut pater filio imperanti obedire debeat. *l. 13. §. 5. l. 14. pr. ff. SCt. Trebell.*

§. III.

Iſta vero recuſandi judicem licentia, quia in favorem litigantium introducta eſt, diſquiritur, an adeo late ſe extendat, ut judex propterea quoque recuſari poſſit, quod ejus filius alterutri litigantium advocando adſiſtat? Et non deſunt, qui affirmativam quidem probare ſatagunt exinde, quod pater & filius pro una perſona habeantur, *l. 5. C. d. Impub. & al. ſubſt. l. 29. ff. d. oper. lib. §. 6. I. de Inutil. ſtipul.* & quod parentes naturaliter eo inclinent, ut liberis ſuis quantocyus proſpiciant, daß ſie ihre Kinder gern bald verſorget wiſſen wollen, *l. 22 ff. ad L. Jul. d. adult.* eumque ſcopum pater, judex, citius obtinere nequeat, quam ſi pro filii cliente ferat ſententiam, atque ita curet, ut filio feliciter ſuccedat patrocinium, quo magis enim illud ſuccedit, eo plures habebit filius clientes. Aſt nos ut paucis rem expediamus, negari id poſſe non dubitamus. Quod enim illi affectione naturali in filium patrem duci putent, ut magis filii clienti faveat, quam alteri litigantium patri, in eo adverſos ſibi habent & diſſentientes *Dn. Lauterbachium Colleg. ff. d. Judic. th. 39. Dn. Theodoſ. Schöpferum d. Jur. Brax. p. 2. c. 4. n. 14 qui ſibi eandem objectam fuiſſe, cum coram B. Dn. Parente ſuo anno 1662. cauſæ alicujus ſuſcepiſſet patrocinium, refert;* Illa namque affectio, quæ tum demum attenditur, quando filius principaliter agit aut convenitur, & immediate commodum ſentire poteſt, *Mev. p. 4. Dec. 197. n. ult.* non creditur patrem a juſtitiæ tramite avellere poſſe, &, quo minus timoris æterni ac præſtiti juris jurandi recordetur, inducere, *l. 6. C. ad L. Jul. repetund.* præſertim cum advocatus filius pars principalis non ſit, *l. 14. §. 9. ff. d. Bon. libert.* nec patri ex iis, quæ acquiſivit, aliquid communicet, *§. 1. J. per quas perſ. cuiq. acquir.* atque hinc etiam ceſſet fictionis ratio. *§. 4. I. d. inutil. ſtipulat.* Certe ſi jus Civile hac de controverſia conſulamus, & promulgatum, de poſtulare prohibitis, Prætoris edictum perluſtremus, nullibi interdictum re-

periemus filio advocati munus coram patre judice. *t. t. ff. & C. de postulat.* cur ergo nos repellemus eum, de quo in edicto tacuit Prætor? *l. 43. §. 1. ff. d. procur.* Quin imo, quia a recusatione testis ad judicis recusationem argumentamur, cum facilius sit reperire testem, quam judicem, *Rittershus. p. 6. Expos. N. c. 6. n. 8. Emer. Rosbach. Proc. Civ. t. 4. n. 61.* multo magis judicem, ut suspectum, dicto casu recusari posse negamus, quia pater in causa ejus, cujus patrocinium filius gerit, in testem admittitur. *Farinac. Tr. de testib. q. 54. n. 150.*

§. IV.

De Personis minus principalibus, quæ dum operas suas litigantibus addicunt, eorumque causas agunt, in judiciis non admittuntur, nisi personas mediante legitimi mandati productione legitimaverint, *l. 6. §. 12. ff. ff. d. neg. gest.* agant illi, qui ipsorum jura plenius enucleant. Nobis sufficit inpræsentiarum nosse, parentes ac liberos pro se invicem posse, etiam sine productione mandati, in judicio comparere, & intentatas actiones vel persequi vel excipere, *l. 35. ff. de procur.* dummodo, si de contraria liberorum & parentum voluntate evidenter non constat, *l. 40. §. 4. ff. d. procur. ubi Brunnem.* de rato caveant. *l. 12. l. 39. § 3. & 4. ff. eod.* Et hoc quidem soli masculino sexui indultum est: fœminæ enim quia in judiciis alterius causam agere nequeunt, *l. 1. §. 5. ff d. postul. l. 2. ff. d. R. J. l. 18. C. d. procur.* hac facultate non gaudent, nec si ad cautionem rati se offerant, *Dn. Muller. ad l. 123. ff. d. R. J. Not. 2.* nisi in miserationis ratio eas tum pro parentibus, ætate aut valetudine impeditis admittat, quando alius copia haberi nequit. *l. 4. 1. ff. eod.* Ei vero, cujus causam gesserunt parentes liberive, gestio ipsorum & hanc insecuta sententia judicis, nihil obest, quo minus, si ratum habere nolit, illud revocare possit; *l. 1. C. quib. res jud. non noc. l. 7. C. d. Reb. Cred.* quanquam illi, qui de rato caverunt, ad interesse conveniantur. *Perez. a. t. c. l. 1. qu. res jud. n. 2.* In Criminalibus judiciis disceptari consuevit, an repellendus sit pater, si pro filio, criminis alicujus accusato,

com-

comparere & accusationem suscipere, ejusque innocentiam deducere velit? Et negandum putant nonnulli ob generalitatem *l. pen. §. 1. ff. d. publ. jud. l. 1. ff. an per al. caus. appellat. redd. poss.* nisi allegaturus sit filii absentiæ causas, quas extraneus quisque allegare valet. *l. 10. l. 13. §. 2. ff. d. Publ. jud.* Sed hanc rem mihi accuratius tetigisse videtur, *Illustris Dn. Præses in Anal. ad Dn. Struvii S. J. C. Ex. 7.* quando theoriam & Praxin provide separat, quoad illam parentes æque ac extraneos admittens, ubi agitur aut de absentia alicujus excusanda, *l. pen. §. 1. ff. d. publ. jud.* aut de plena alicujus innocentiæ deductione, in crimine, propter quod absenti irrogari potest pœna. *l. 33. §. 2. ff. d. procur. l. 3. C. d. accusat.* Nam secundum praxin patrem admittendum esse puto, cumprimis si ratione sui interesse innocentiam filii deducat: quod in eo potissimum vertitur, ut filium habeat superstitem, aut ne videat filium, sanguinemque proprium carnificis manu confici; quod & svadet defensionis favor, qui in jure ubique tantus est, ut filius, non legitimæ ætatis, patris causam recte defendat, & multo justius admittatur, quam si indefensus gravi condemnatione afficiatur, *l. 12. C. d. procur.* & ut etiam extraneo cuivis pro eo, qui ad judicium ducitur, provocare humanitatis ratione liceat. *l. 6. ff. d. appellat.*

§. V.

Hactenus de judiciis, quatenus personis constant, egimus: nunc actiones, quibus præter personas constant judicia, vel quoad causæ merita, vel quoad processum considerabimus. Circa prius membrum in genere illud notatum volo, nullam penitus actionem & exceptionem adversus parentes, etiamsi per procuratorem litigent, dari, per quam implicite parentum fama elevatur & imminuitur, in cujus nempe conservationem & ipsi liberi, quoad dies vitæ, omnes suas vires merito intendere debent. *l. 9. ff. d. obseq. Par. & pat. præst.* Ubi enim semel condemnati sunt, ignominiæ nota per sententiam inusta, nunquam extinguitur, nec, si procuratores condemnati

 sint

ſint ipſorum nomine; *l. 2. pr. l. 5. §. 1. ff. eod.* honeſtorum hominum cenſuram ac reprehenſionem effugiunt. Multo minus dabitur, ſi explicite parentes perfidiæ accuſent, ſeque deceptos eſſe conquerantur liberi, atque propterea in integrum reſtitutionem contra ipſos poſtulent, *l. 2. C. qui & adverſ. quos in integr. reſtit. non poſſ.* quia lædere parentes liberos non præſumuntur, quibus proſpicere & opem ferre debent. *l. 22. ff. ad L. Jul. d. adult.* Sed contra factum, quod pater conſenſu filii cum tertio geſſit, nonnunquam reſtituuntur, etſi hic patrem obligatum habeat, *l. 2. C. adverſ. donat.* ut & eo caſu, quo patri ex tali facto nihil obvenit, videlicet ſi damnoſam filio hereditatem adiret, & filius contra aditionem ſe in integrum reſtitui contenderet; ſed ſi contra repudiationem velit iterum reſtitui non auditur, quantumvis hereditatem alleget ſibi lucroſam fuiſſe. *l. 8. §. 6. C. d. Bon. quæ lib.* Contra matrem tutricem, ſecundo nubentem, quam liberi acceptilando liberaverunt, reſtitutio petita liberis non denegatur. *N. 155. c. 1.*

§. VI.

Actiones, quæ inter parentes & liberos redduntur, ac ex jure perſonarum proveniunt, ſtatumque familiæ concernunt, appellantur præjudiciales. Hiſce agunt parentes & liberi adverſus ſe invicem, ut aut pro talibus agnoſcantur, & quilibet officium, quod ex *c. 2.* traditis maximam partem innotuit, præſtet, *l. 1. §. 16. l. 5. pr. ff. d. agnoſc. & al. lib.* aut tales, quales petuntur, non eſſe judicentur. *Harprecht. in Comment. ad Tit. I. d. Action. §. 13. n. 9. Hugo Donell in Comm. ad eund. tit. §. 13. n. 5.* Sed ego his plura addere ſuperſedebo, ne Diſſertationi *de Judicio ſtatus*, quam Amicus quidam ſub tutamine *Illuſtris Dn. Præſidis mei* non ita pridem habuit, in eaque præjudiciales actiones plenius proſecutus eſt, quicquam detrahere videar.

§. VII.

Proximum nunc eſt, ut actiones quoad Proceſſum, ſecundum quem exerceri ſolent, videamus; & quia actus ad eum per-

pertinentes varii sunt, ac vel judicium præcedunt, vel in ipso fiunt vel ipsum finitum sequuntur. *Illustris Dn. Struv. S. J. C. Exerc. 9. thes. 66.* de illis, & quæ ad ea refertur, Citatione, omnium actionum instituendarum principio, *p. 3. I. d. pœn. tem. litig.* exordiamur. Etsi enim Jure veteri alia, & alia jure novo, usitata sit in jus vocatio, ita ut secundum illam, si post denunciationem factam reus actorem e vestigio in jus sequi nollet, obtorto collo, privata autoritate, in jus rapi & trahi posset. Attamen Prætor honori parentum hoc tribuit, ut eos utriusque Sexus, omnes in infinitum in classe eorum, quos sine permissu suo in jus vocare non licet, primo loco locaverit, *l. 4. §. 1. & 2. ff. d. in jus voc. l. 13. ff. eod.* etsi quis ipsos vocaverit, in eum pœnam quinquaginta solidorum constituerit. *§. 12. I. d. act. §. 3. J. d. pœn. tem. litig.* Cum igitur hic vocandi modus jure novo in desvetudinem abierit, & secundum illud citationem judex ad instantiam actoris decernat, judiciique nuncius eam exequatur: quæri solet, anne cessante violenta in jus vocatione, abrogata quoque sit, quoad parentes & liberos, veniæ petitio? Quod de speciali veniæ postulatione negandum quidem censent, sed svadent, ut in libello supplice pro extrahendo processu contestentur liberi, quam inviti adversus parentes litigent, neutiquam vero ei quid inferant, quod sugillare possit parentum existimationem atque reverentiam v. g. daß die Eltern wider Recht und Billigkeit, wider besser Wissen und Gewissen, denen Kindern das Ihrige vorenthielten, oder sonst hinterlistiger Weise mit ihnen gehandelt. *Brunnemann d. l. 4. ff. d. in jus voc. Illustr. Dn. Præs. in Anal. ad. §. 12. I. de Action. Rittmeier 1. Cautel. 74.*

§. VIII.

Ad ea quæ judicium præcedunt, refertur etiam satisdatio, circa quam vinculum familiæ Prætor non parum attendit; Quando enim extraneus cum aliquo de familia in judicio contendit, quia ipse locuplete fidejussore, i. e. qui facultatibus pollet & conventu facilis est, reddi debet securus, *l. 1. l. 2. pr. ff.*

qui

qui satisd. cog. filius cum extraneo litigans, non tenebitur patrem suum, inidoneum fidejussorem accipere; secus omnino est, si cum patre ipso negotium habeat, tum enim qualemcunque, qui etiam a bonis quidem non valet, adversario tamen præscriptione fori causam difficiliorem reddere nequit, accipere debet, ex edicto Prætoris, *l. 2. §. 2. & 4. ff. eod. l. 1. l. 2. ff. in jus voc. ut eant.* adeo ut si eum recusaverit, puniri possit, *d. l. 2. ff. in jus voc.* quia turpe est ei, qui sanguine nobis conjunctus est, fidere nolle. *Lauterbach. Colleg. w. qui satisd. cog. th. 11.* Quæ cum ita sint, controvertitur nunc: anne filiof. qui in judicio convenitur & de judicio sisti cavere debet, propter bona immobilia, quæ ipsius pater etiamnum possidet, remittenda sit cavendi necessitas? Et negari solet, per *l. 14. ff. eod.* cum quod filiusfamilias in bonis patris assimiletur simultanee investito in bonis feudalibus, qui ab onere satisdandi nequaquam relevatur, *Illustris Dn. Struv. S J F. c. 3. a. 16.* tum quod spes succedendi ad hanc immunitatem nihil conferat, quæ præmatura est, *l. 1. §. 21. ff. d. Collation.* & nos, ob adversa fata, sæpe misere frustrare solet, *arg. §. 13. I. d. R. D. l. 5. §. 1. ff. d. A. R. D. Berlich. p. 1. concl. 13. n. 21.* In excusatione contumaciæ, quæ itidem ad actus refertur, qui peraguntur in judicio, multum valet apud JCtos vinculum familiæ, dum cum a contumacia ejusque pœna excusant, qui mortem liberorum allegatam probaverit, *Zanger. de Exception. p. 2. c. 9. n. 13.* ejusque dolum severe coerceri jusserunt, qui ad judicium venienti triste quid, v. g. obitum filii aut parentis denunciaverit, quo commotus sit alter, ut inde recesserit, *l. 1. §. 2. ff. d. eo per qu. fact. erit, quo minus quis in jud. sist.*

§. IX.

Præterea in judicio desiderari nonnunquam solet Juramentum Calumniæ ab una alterave parte, item Probatio. Illo parentes in tantum gravari nequeunt, *l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 34. §. 4. ff. d. Jurejur.* ut ne quidem illi, qui vice parentum in judicio funguntur, illud subire cogantur: *l. 13. §. 14. ff. d. damn. inf.*

inf. cum illius ratio, malitia nempe & litigandi temeritas, in iis cesset; *l. 7. §. 3. ff. d. Obseq. par. & patr. præst.* etsi alias omnis litigans, cujuscunque etiam sit conditionis, illud præstare debeat. *l. 2. §. 1. & 4. C. de juram. propt. cal.* Circa Probationem potissimum, quæ per testes & instrumenta fieri solet vinculum familiæ suas vres exerit, quando videmus parentes atque liberos neque cogi posse adversus se ut dicant testimonium, neque volentes pro se audiri in negotio quod ad alterum spectat, sive civile illud sit, *§. 9. 10. I. d. testament. l. 6 ff. l. 3. l. 6. C. de testib.* sive criminale. *l. 9. l. 24. ff. eod. l. 1. §. 3. ff. d. quæst.* Ideo quod, propter fictionem unitatis, videantur sibi ipsis testimonium dicere, quod reprobatum *in l. 10. ff. & C. d. testib.* nisi tale sit factum, quod probari aliter, quam per domesticos nequit, veluti ætas liberorum, aut delictum domi perpetratum, cujus non reperiuntur vestigia; ita tamen, ut in criminalibus plene non probent, sed aliquale faciant indicium, veluti *ao. 1655. d. 25. Maji Scabini Hallenses versus Sanderslebiam* responderunt, consulti de casu, ubi filius quidam matrem criminis magiæ insimulaverat, & in judicio ea de re conventus denuo de crimine adversus matrem exceperat, matrique adjudicarunt territionem, si filius assertionem suam juramento prius confirmasset, uti docent ipsius sententiæ verba. Als uns ihr Acta inquisitionalia die mit dem Drachen beschuldigte Anna Beutlers betreffende zugeschickt, und unsere rechtliche Belehrung darob gebethen. D. S. W. F. M. S. zu H. v. R. würde Toffel Beutler seine gethane Aussage nachmahls auf die articul eydlich wiederhohlen, und darauf mit der Mutter ferner confrontiret werden. So ist die Inquisitin wann Sie in Güte abermahls nichts richtiges bekennet, dem Scharffrichter dergestallt zu untergeben, daß er sie ausziehe, entblösse, zur Leiter führe, und derselben zur Peinlichkeit gehörige instrumenta vorzeige, iedoch damit nicht angreiffe: Wann nun solches geschehen, und alles mit Fleiß ad acta registriret, auch sonsten Erkundigung von ihrer Tochter und andern Leuten, so mit ihr umbgangen ihres bißherigen Lebens und Wandels halber, eingezogen, So ergehet dar-

 auf

auf fernet, was recht ist. V. R. W. quod de testimonii latione dictum est, illud extendit Imperator etiam ad instrumentorum editionem, & constituit *in l. 22. C. d. fid. instrum.* adversus eas personas, quales sunt parentes, in quas invito denunciari non potest, dicere testimonium, neminem cogi debere edere instrumenta.

§. X.

Judicium finitum quia insequitur sententiæ executio, per quam victori præstatur, quod continuit sententia prolata, circa eam nos quoad institutum nostrum observamus: Parentes si actione rei judicatæ conveniantur, in infinitum omnes masculini & fœminini Sexus ex administratione tutelæ, *l. 4. §. 2. l. 6. ff. d. in jus voc. Strauch. Dissert. 28. th. 11.* gaudere beneficio competentiæ, &, si solvendo non sint, ultra, quam facere possunt, condemnari non posse *l. 19. §. 1. l. 30. ff. d. Re. jud. l. 173. pr. ff. d. R. J. §. 38. ff. d. Action.* ob reverentiam & debitum alimentorum. *l. 5. §. 13. ff. d. agnosc. & al. lib.* Si enim aliter statuerem, illa prosiliret absurditas, ut liberi qui non sine litis molestia a parentibus extorserunt solidum, si illi ad incitas redacti alimenta sibi necessaria peterent, illud quod acceperunt, brevi temporis spatio elapso, reddere necessum haberent. *l. 8. pr. ff. d. dol. mal. & met. exc. l. 173. §. 3. ff. d. R. J.* Idem beneficium quanquam nonnulli liberis quoque tribuant, *per l. 30. ff. de Re Jud. arg. l. 5. §. 1. ff. d. agnosc. & al. lib.* ego tamen ipsis illud in infinitum tribuere dubito, cum *Dn. Thomasio*, qui *ad Strauch. Diss. 28. th. 11.* distinctionem non incongruam affert, & putat quod nepos si patre suo vivo ac locuplete, ab Avo conveniatur, illud sibi beneficium arrogare nequeat, quia aliunde sustentari potest; sin mortuo aut inope, quod habeat. Cæterum si plures creditores adoriantur hæreditatem patris, & exinde ratione crediti sibi satisfieri petant, liberi tacitæ hypothecæ privilegio, ac prælationis prærogativa gaudent, & non tantum reliquis creditoribus, sed & Novercæ ipsi, ratione dotis maternæ præferuntur ex Indultu *Justiniani §. 29. I. d. Action. l. 12. §. 1. & 2. C. qui pot. in pignor.* etsi

Mater

Mater tacitæ hypothecæ jus ad alios heredes tantum derivet. *l. un. C. d. privil. dot.* Quin imo, si pater ad inopiam vergat, & periculum subsit, ne dos matris fiat inexigibilis, eodem jure, quo mater, constante matrimonio dotem repetere possunt liberi. *l. 29. l. 30. C. d. Jur. Dot. Moller. 4. sem. 26.*

§. XI.

Sequuntur tandem Judicia publica, quæ, prout spectantur ut peragenda vel ut peracta, rationem familiæ vinculi habent non minimam. Nam quatenus ut peragenda spectantur, & per accusationes instituuntur, *t. t. ff. & C. d. accus.* etsi fœminæ de Jure Civili ad accusandum alias sint inhabiles, *L. 1. l. 2. l. 8. ff. d. accus.* attamen, quia sub pœna amissionis hereditatis quisque mortem defuncti vindicare jubetur, *l. 1. l. 9. C. d. his qu. ut indign. l. 3. §. 29. l. 5. §. 3. ff. ad SCt. Syll. l. 21. §. 1. ff. eod.* & ad illam filiæ non minus ac filii ex æquitate naturali vocantur, admittuntur ad accusationem filiæ, *d. l. 1. l. 2. l. 8. ff. d. accusat.* & vindicationem mortis paternæ, *l. 12. C. d. his qui accus. non poss.* & si suam suorumque injuriam prosequi velit, *§. 3. J. d. suspect. tut.* quo utroque casu, se filiam matremve esse evidenter prius docebit. *l. 9. C. d. his qui accus. non poss.* In foro Sax. paulo aliter observatur, quando ibi filiæ accusare patris occisorem ante non permittuntur, quam si filii agnative accusare nolunt vel nequeunt, & ita se res quoque habet, cum perceptione pecuniæ compositítiæ, quam ultores mortis alicujus accipiunt, das Manngeld, Sühnegeld, *vid.* Landrecht. *lib. 3. art. 45.*

§. XII.

Torturam sicco pede præterire potuissem, nisi circa eam singularia quædam occurrerent, quæ ad institutum meum facerent. Nam, quia in torturæ actu, si correi plures adsint, ab eo incipere solemus, qui timidior est, & veritatem verosimiliter facilius dicere præsumitur, *L. 1. §. 2. l. 18. pr. ff. d. quæstion.* si pater & filius de crimine aliquo suspecti sunt, & ob id per tormenta interrogari debent, filius patri præfertur & in con-

ſpectu patris torquetur, ſiquidem Criminaliſtæ credunt patrem ita ad veritatis confeſſionem facilius compelli, dum cruciatus filii gravius ſentit, quam qui corpori ſuo extrinſecus infligun-tur. *l. 8. ff. quod met. cauſ. ubi Brunnem. n. 4.* quod *Camerarius Hor. Succiſ. c. 92. p. m. 462.* egregia hiſtoria & exemplo patris & filii cujusdam illuſtrat, quibus Flandriæ Comes, & experiri vo-lens uter alterum amaret tenacius, promiſit illi veniam & im-punitatem, qui alteri caput amputaret, filiumque impunitatis ſpe tandem allectum & ipſiusmet patris precibus victum, in patrem horrendo carnificis officio functum eſſe refert: Ut torturæ quis ſubjici poſſit, indiciis ipſum oportet gravatum eſſe *l. 1. pr. & §. 1. l. 8. C. d. quæſtion.* ſineque his judex ad eam deſcen-dere nequit. Hinc matrem illam, quæ de ſtupro ſuſpecta in-fantem clam editum in medium affert, & mortuum editum eſ-ſe aſſerit, ſi confiteri infanticidium nolit, torquendam eſſe ju-dico, præſertim ſi infanticidii occurrant indicia, veluti ſi ute-rum celaverit, & clam pepererit, nullamque obſtetricem, quæ parturientem juvare potuiſſet, adſumſerit, & ſi infantem perfectum offenderint, ac vivum fuiſſe ex eo Medici judicent, quod pulmones infantis exciſſi, in aquam projecti, ei innatent; cum alias ſi infans mortuus natus ſit fundum petant, quod Me-dicorum experimentum in diſput. ſupra allegata *de Partu Legi-timo §. 29.* adductum eſt, & practicari vidi in Pago, qui appella-tur Ziegenhayn, ac prope Jenam ſitus eſt, quando *Anno 1690. d. 16. April.* infans mortuus repertus ſecabatur, uti habet communi-catum mihi Judicium *Dn. Joh. Adriani Slevogtii Med. Doctoris ce-leberrimi:* Auf des F. S. Hn. Ambtmanns, Hn. D. Joh. Bern-hard Frieſen, vornehmen JCti und Regierungs-Advocati Ordina-rii, Erforderung iſt in Gegenwart des Herrn Ambtſchreibers und Landrichters, auch anderer Gerichts-Perſonen, von uns unter-ſchriebenen Anna Maria Seimſchneiderin von Ziegenhayn Kind, welches ſie ihrem Vorgeben nach vor 8. Tagen todt zur Welt gebracht, beſichtiget, und nachfolgends angemercket worden: (1) das Kind zwar zur Geburth gantz zeitig, völlig und geſund an al-

len

len Gliedern rc. (7) **Die Lunge sambt dem Hertze wurd ins Wasser geworffen, welche alsobald sich ausbreitete und stets oben schwumme.** Weil nun dieses letztere insgemein vor ein absonderlich Zeichen angenommen wird, daß wofern die Lunge nicht untersincket, sondern empor schwimmet, das Kind Athem gehohlet haben müsse, solches respiriren aber von demselben, weil es noch in utero oder seinen membranis enthalten, unmüglich geschehen kann, Als lässet sich aus solchen fundamento schliessen, daß dieses Kind, wo es ja post partum nicht noch eine Weile gelebet, doch in ipso egressu ex utero respiriret und allda erst sein Leben eingebüsset haben müsse. Illud præterea notatu dignissimum, quod mulier prægnans inter eas personas referatur, quarum conditio torturam non admittit. *l. 3. ff. d. pœn.* Cum enim partum in utero detentum, quoad ea, quæ ad commodum ipsius spectant & in nascendi tempus differri possunt, fingamus esse vivum; *l. 7. ff. d. stat. hom.* sane ne illi innocenti noceat calamitas matris, *pr. l. d. Ingen. l. 5. §. 2. d. stat. hom.* constitutum est, ut quam diu prægnans est, & a tempore partus non excesserunt quadraginta dies, nec torqueri, nec terreri debeat, & si de facto torta delictum confiteatur, ex ea confessione obligari non debeat; quanquam aliquando, si res moram non ferat, omnino torqueri possit, si infanti de nutrice alia fuerit prospectum. *Brunnem. ad l. 3. ff. d. pœn.*

§. XIII.

Idem observare licet circa pœnas, quæ peracta Judicia publica sequuntur; Ibi enim delinquentibus nonnunquam allevamen & favorem principis conciliat multiplicitas liberorum, si hi Principem humiliter imploraverint, ut dictatam parenti pœnam remittat, aut saltim mitigare dignetur. *l. 57. §. 1. ff. d. Rit. Nupt. Jacob Alemann, Palæstr. Consult. Jur. Illustr. p. m. 948.* Sic in specie Judex intuitu & favore partus, matris ad mortem condemnatæ, differt supplicium in nascendi diem *l. 18. ff. d. stat. hom.* Pœnamque ubi corporis afflictiva est non capitalis, v. g. fustigatio-

gationem amputationem manus aut digitorum, post elapsos demum a partu quadraginta dies, executioni mandat, & in exequendo infantis rationem habet, ut ne quid de alimentis ipsi decedat; quam etiam in rem consveverunt JCtorum Collegia suis sententiis hanc annectere clausulam: Daß mit dem Staupenschlagen also verfahren werde, damit dem säugendem Kinde, an seiner Nahrung kein Schade zugefüget werden möge; Capitalem vero, simul ac infantem enixa sit mater, exequi & infanti de nutrice prospicere solet, nec attendit 40. dierum spatium, quemadmodum docet clausula in sententiis adhiberi solita: Daferne nun Inquisitin auf ihrem gethanen Bekäntnis vor Gerichte freywillig verharret, und Sie vorher des Kindes genesen, So ist sie ꝛc. Quod si vero nutricem non reperiat, aut infanti ex relegatione, quam mater subire debet, damnum immineat, Theodorico *Colleg. Crim. c. 10. n. 64.* & Hahnio *ad Wes. d. stat. hom. n. 3. p. 1. p. m. 68.* volentibus, hoc casu adhuc differendam esse executionem, ob humanitatem & favorem partus, quem ipsi præ se ferunt, calculum nostrum adjicere nulli dubitamus, qui Deo O. M. pro præstito nobis auxilio, & concessis in studiis Academicis profectibus, immortales persolvimus gratias, a B.L. autem obnixe contendimus, velit, si per ætatem imperfecti quid admissum sit, benignius interpretari, & sibi persvasum habere, fore, ut nos illud posthac majore diligentia compensemus.

F I N I S.

